



- ◆ Trabajo realizado por el equipo de la Biblioteca Digital de la Fundación Universitaria San Pablo-CEU

Ex quibus clare patet quod si forte Johanna aliquid predixerit quod vel non sit de facto, aut non evenerit sicut dixit, quod tamen non video, nichilominus ei aut suis prenunciacionibus non derogat, cum istud quoque sanctis et veris prophetis eciam quandoque contingat.

Patet insuper ex hiis quod falso et indebite illi imponitur quod fuerit revelacionum et apparicionum mendosa confictrix, perniciose seductrix, presumptuosa, leviter credens, superstitiosa divinatrix, blasphema in Deum et sanctos et sanctas. Sed de hiis plene magis ac sigillatim, cum de qualificacionibus et deliberacionibus doctorum inferius agemus, videbitur.

#### QUARTUM CAPITULUM.

*Quod illis spiritibus ei apparentibus et ipsam alloquentibus sepe reverenciam exhibuit.*

Quo autem ad illud in quo Johanna asserit se illis spiritibus ei apparentibus reverenciam exhibuisse, ista sunt que ex processu tamquam precipua possunt colligi : videlicet quod, dum juvenis erat, ivit quandoque cum aliis filiabus spaciatum (1) apud quamdam arborem in parochia sue nativitatibus sitam, que arbor fatalium dominarum vulgariter appellabatur (2) ; apud quam tunc temporis, ut dixit, fecit quandoque sarta seu capellos (3) pro ymagine beate virginis illius parochie. Asseruit preterea quod, recedente ab ea sancto Michaele et aliis spiritibus sibi apparentibus, osculabatur terram per quam transierant ; cumque eciam ad eam venirent, aliquando caput discooperiebat, genua flectebat, illosque amplexando et osculando sensibiliter et corporaliter tangebatur. Addidit tamen quod credebat certissime angelum et sanctas virgines Katherinam et Margaretam ei apparentes illosmet esse qui sunt in celis, in quorum honorem, ut dixit, offerebat quandoque munera sacerdotibus et candelas in ecclesia, faciebatque missas celebrare, et ymaginibus sanctorum aliquando in ecclesiis capellos de floribus apponebat (4). Equidem ista sunt propter que apud judicantes et alios notata fuit de supersticione et ydolatria ac eciam demonum invocacione.

passage de l'Écriture : « Dixitque Nathan ad regem, non spiritu prophetico sed humano. Quod patet ex hoc, quia postea retractavit verbum suum. Omne quod est in corde tuo, vade, fac ; quasi dixit : bonum propositum concepisti, impleas in opere, quia Dominus tecum est. Credebat enim Deo placere quod domus Domini a David aedificaretur. Et ex hoc patet quod spiritus prophetiae non semper tangit corda prophetarum, quia aliquando loquuntur instinctu proprio ac humano, non divino, ut patet in hoc loco et in pluribus ».

(1) Spatiari : ludere, genio indulgere. (Du Cange : *Glossarium*... tom. VI, p. 317). De ce verbe est dérivé le substantif *spatiamentum*. On le rendait jadis en français par le mot *spaciment*, qui s'est conservé seulement dans la langue monastique, chez les Chartreux par exemple. Les Italiens ont gardé la locution : *andare a spasso*.

(2) Cf. *Summarium*, art. III.

(3) Capelli : corona florea et plectilis ; gallice : *guirlande*. — (Du Cange : *Glossarium*... tom. II, p. 133).

(4) Cf. *Summarium*, art. III.

Sed procul dubio, si hec sane intelligantur, nullam ipsi Johanne suspicionem saltem de errore periculoso inducunt. Nam in primis sincere religionis est proprium, ut ait sanctus Thomas (1), reverenciam Deo exhibere propter ejus excellenciam. Que quidem reverencia (2) eciam aliquibus creaturis communicatur, non quidem secundum equalitatem, sed secundum quamdam participacionem. Et ideo alia veneracione colimus Deum, quod pertinet ad latriam, et alia quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliā. Et quia illa que exterius aguntur signa sunt interioris reverencie, ideo quedam exteriora ad reverenciam pertinencia exhibentur excellentibus creaturis, inter que maximum est adoracio. Sed tamen aliquid est quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium, ut dicit beatus Augustinus (in x<sup>o</sup> de civitate Dei) (3). Secundum enim reverenciam que excellenti creature debetur, Nathan adoravit David, (ut legitur terciū *Regum* primo). Secundum autem reverenciam que soli Deo debetur, Mardocheus noluit adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, (ut dicitur *Esther* xiiij<sup>o</sup>). Et similiter, secundum reverenciam debitam creature excellenti, Abraham adoravit angelos in terra, (*Gen.* xviii<sup>o</sup>) ; et eciam Josue, (ut legitur *Josue* v<sup>o</sup>), quamvis possit intelligi quod adoraverint adoracione latrie Deum, qui in persona angelorum apparebat et loquebatur. Secundum autem reverenciam que debetur Deo, prohibitus est Johannes angelum adorare, (*Apocalypsis* ultimo), ad excludendum potissime occasionem ydolatrie. Unde notanter ibidem subditur : « Deum adora ».

Ex quibus manifeste apparet quod in veneracione quam Johanna spiritibus illis exhibuit, nichil culpabile aut supersticiosum reperitur. Illud siquidem quod ipsa refert se fecisse in infancia sua, juxta arborem superius memoratam, puerile utique reputari debet. Quod autem ramos ab illa arbore seu frondes excerpserit, et ymagini beate virginis capellos fecit, quis hoc, queso, putet supersticiosum, an magis pium atque religiosum, cum istud apud catholicos commune sit et usitatum ? Nam et beatus Jeronimus, (*ad Helyodorum episcopum* hiis verbis scribens), Nepocianum commendat quod basilicas ecclesie et martirum conciliabula diversis floribus et arborum comis vitiumque pampinis adumbravit (4).

Sed dicet quis objiciendo quod ipsa fatetur se saltem una vice audivisse voces ad fontem juxta illam arborem constitutum (5). Ad hoc dicitur quod nichil prejudicat, sive ibi sive alibi audiverit, ut superius dictum est [f<sup>o</sup> clxxxj v<sup>o</sup>] cum de loco apparicionum tractaretur, maxime cum sepius constanter affirmaverit quod non credebat aliquo modo in fatis, neque in

(1) Ce qui suit est emprunté à la *Somme Théologique* : 2. 2, q. LXXXIV, art. 1. (*Opera omnia*... tom. XXI, p. 161, col. 1). Le membre de phrase : religionis est proprium reverenciam Deo exhibere, est tiré du corps de l'article. Tout ce qui suit, jusqu'à la fin du paragraphe, est une reproduction à peu près littérale de la réponse ad 1<sup>m</sup>.

(2) Il devrait y avoir : que quidem excellencia ; le sens serait plus rationnel. Telle est d'ailleurs la leçon des textes imprimés. Cependant *reverencia* est encore intelligible.

(3) Voici le texte même de S. Augustin (lib. x de Civ. cap. 4) : « Sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi, nisi Deo ». Migne : P. L. tom. XLI, col. 281.

(4) Depuis : basilicas ecclesie, jusqu'à la fin de la phrase, c'est le texte même de S. Jérôme (*Epist.* LX, n. 12). Migne : P. L. tom. XXII, col. 597.

(5) Cf. *Summarium*, art. I.

sorte illius arboris vel fontis. De illis vero qui vadunt per aera in die Jovis interrogata eciam, respondit quod bene audivit alias loqui de eis, sed numquam in hoc fidem adhibuit, sed potius, ut dixit, credidit quod esset sortilegium (1). Et ad plenius elidendum omnem superstitionis aut prestigii suspicionem multum facit quod ipsa sortilegorum et supersticiosarum personarum consorcia dictaque illorum et facta semper abhorruit, sicut patet ex processu de quadam Katherina de Ruppella, cujus maleficia ac figmenta caute explorans cuncta mox detexit, et omnino cavendam atque propellendam adjudicavit (2).

Que autem postmodum adduntur circum ipsam venerationem, ut de detectione capitis, de genuflectione, de osculatione terre, et ipsorum spirituum sensibili contrectatione, et sic de aliis, in nullo ista prejudicant. Nam hii exteriores corporis actus et gestus et omnia alia ipsius corporis in exhibitione reverencie humiliatio refertur ad interiorem devocionem mentis, sicut signum ad signatum (3). In istis nempe signis exterioribus devote humilitatis, que per hominem corporaliter exhibentur, fit protestacio pia et religiosa debite subjectionis ad Deum ac devote reverencie ad sanctos et presertim in ordine ad Deum; quia, (ut ait Jeronimus *ad Vigilantium*) (4), « honoramus servos ut honor servorum redundet ad dominum ». Sunt

(1) Le texte publié par M. Lanéry d'Arc est ainsi ponctué : De illis vero qui vadunt per aera, in die Jovis interrogata eciam, respondit . . . La virgule, placée après le mot *aera* n'est peut-être qu'une faute d'impression, mais elle est particulièrement malencontreuse parce qu'elle modifie le sens et attribue une date inexacte à la demande. Le procès-verbal des actes préparatoires du premier jugement porte en effet que cet interrogatoire eut lieu le samedi xvii mars, et que les promenades avec les fées se font le jeudi. Voici la teneur du document. « Le samedi, xvij<sup>e</sup> jour de mars, mil cccc. trente, après disner . . . Interroguée s'elle scait rien de ceulx qui vont en l'erre avec les fées : respond qu'elle n'en fist oncques, ou sceust quelque chose ; mais a bien ouy parler, et que on y aloit le jeudi ; mais n'y croist point, et croist que ce soit sorcerie ». (Quicherat : *Procès* . . . tom. 1, pp. 481 et 487). — Le réquisitoire du promoteur l'a fidèlement reproduit en ces termes : « Item, die sabbati, xvij martii, interrogata . . . Item, ea die decima septima, interrogata si aliquid scit de his qui errant, gallice *qui vont en l'erre cum Fatis* : respondit quod de hoc nunquam fecit nec scivit quidquam. Bene audivit loqui quod ibatur in die jovis ; sed in hoc non credit, imo quod est sortilegium ». (Quicherat : *Procès* . . . tom. 1, p. 211). — Induit en erreur par le fait de cette transcription fautive, le R. P. Ayroles dit à son tour. « Un jeudi, elle fut interrogée à ce sujet ». (*La vraie Jeanne d'Arc*, p. 481). Dans l'intérêt de l'exactitude historique, nous avons cru nécessaire d'indiquer cette rectification.

(2) Il fut question de Catherine de la Rochelle dans l'interrogatoire du samedi 3 mars. Jeanne déclara comment elle avait découvert la fausseté de ses prétendues visions, et elle dit, après avoir consulté ses voix, « que du fait de icelle Katherine n'étoit que folie, et estoit tout nient ». Quich. tom. 1, p. 107.

(3) Par suite de l'union étroite qui existe entre l'esprit et le corps de l'homme, les impressions de l'âme ne restent pas toujours renfermées dans le sanctuaire impénétrable de la conscience. Souvent elles se traduisent au dehors et se font jour, pour ainsi dire, au travers des organes corporels. Une attitude respectueuse, certains gestes du corps sont les signes naturels de la dévotion et de l'humilité : c'est la représentation sensible d'un fait spirituel, et comme parle Bréhal avec les scholastiques, ces deux termes se correspondent de la même façon que le signe se rapporte à la chose signifiée.

(4) Dans cette indication, il y a un défaut de mémoire chez Bréhal, ou une erreur de transcrip-

enim sancti a nobis honorandi tanquam spiritualia membra Christi, tanquam filii Dei et amici, et denique tanquam patroni et intercessores nostri ; ymo et pulveres et ossa corporum ecclesia catholica rite veneratur, et non solum hec, sed et cathenas et vincula, indumenta, calceos, sepulchrorum moles et saxa, ac eciam ipsa que calcaverunt pavimenta, quoniam ipsa eorum corpora fuerunt spirituale templum seu organum Spiritus sancti in eis habitantis atque operantis. Que quidem fictilia vasa eciam Deus plerumque honorat (1) in ipsorum sepelitione, translatione, gestacione, contrectacione, visitacione aut alias, signa magna seu miracula ostendendo. Quanto magis ergo a nobis venerari illi beatissimi spiritus debent, qui nunc feliciter Deo conjunguntur, et ipso gloriosissime fruuntur, propter quos sic a fidelibus mortua eorum corpora honorantur, juxta maximam philosophi (in primo *Posteriorum*) : « propter quod unumquodque tale, et illud magis » (2).

Et ad hoc plurimum facit illud quod ipsa Johanna dixit, videlicet quod credebat angelum et sanctos spiritus ei apparentes illosmet esse qui sunt in paradiso (3), multa inducens de hoc et de sua recta credulitate efficacissima argumenta, que in parte sunt superius adducta. Quamobrem non potuit non solum, ut dixerim, digna aut sufficienti probabilitate, sed neque legitima presumptione tanquam supersticiosi vel ydolatra denotari, quanto minus adjudicari ; quia, eciam posito quod mali spiritus essent quibus reverenciam exhibuit, condicionibus tamen suprapositis extantibus, adhuc ei non prejudicaret, vel saltem hoc ipsum errorem periculosum non induceret. Nam, (super illo verbo secundo *ad Corinthios* xj<sup>o</sup> : « Sathanas se transfiguratur in angelum lucis », etc.) ait *glosa* : « quando sensus corporis fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sententia qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum ; vel eam se bonum fingens ea vel facit vel dicit que bonis angelis congruunt, etsi tunc credatur bonus, non est error periculosus aut morbidus » (4). Dicunt eciam aliqui,

tion chez le greffier. La phrase, alléguée du reste textuellement, est empruntée à S. Jérôme (*Epist.* cix, *ad Riparium presbyterum : de Vigilantio*). Migne : P. L. tom. xxii, col. 937.

(1) Le mot : *plerumque* a été omis par M. Lanéry d'Arc.

(2) Voir S. Thomas dans son commentaire sur les ouvrages d'Aristote (lib. 1 *posteriorum analyticorum*, lect. vii). *Opera omnia* . . . tom. 1, p. 98, col. 2.

Cet aphorisme aristotélicien, qui surprend au premier abord par la singularité de son expression, n'est pourtant pas difficile à saisir, si l'on se rappelle la signification scholastique du mot *tale*, par lequel les péripatéticiens entendent la participation à une qualité, c'est-à-dire une modification accidentelle de la substance en elle-même, ou, comme parle le B. Albert le Grand, un accident qui complète et perfectionne la substance dans son être ou dans son opération. Ainsi la science est une perfection qualificative, surajoutée à l'être de celui qui la possède, destinée à parfaire les opérations de son intelligence. La formule citée par Bréhal équivaut donc, dans le cas particulier, à cette affirmation plus accessible : la cause qui communique à un objet une excellence possède cette même excellence à un degré plus éminent. — Cf. S. Th. I, q. lxxxvii, art. 2 ad 3<sup>m</sup> *Opera omnia* . . . tom. xxi, p. 185, col. 1.

(3) Cf. *Summarium*, art. iii.

(4) Cette glose de S. Paul (II *Cor.* xi, 14) est partiellement citée par S. Thomas : 2, q. x, art. 2, arg. 3 et ad 3<sup>m</sup> (*Opera omnia* . . . tom. xxi, p. 29, col. 2). Sauf quelques légères variantes, elle est de S. Augustin (*Enchirid.* cap. 60, n. 46). Migne : P. L. tom. xl, col. 260.

(prout in *postilla* sua super eodem passu refert magister Petrus de Tharentesia) (1), quod si Sathanas fingens ea que Christo congruunt faceret se ab aliquo adorari, in ipso casu talis ab errore excusaretur; quamvis alii dicant quod non deberet adorare nisi cum condicione tacita vel expressa, videlicet si tu es Christus. Preterea, idem tenet per expressum sanctus Doctor cum dicta *glosa* (in 2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup> q. x, art. ij<sup>o</sup>), dicens quod aliquis credens malum angelum esse bonum non dissentit ab eo quod est fidei (2); et hoc propter rectitudinem voluntatis ejus qui illi adheret intendens bono angelo inherere. Denique et hoc patet clarissime ex textu *Decreti*, (in § « hiis ita », verbo *Aliter*), ubi sic legitur: « Dyabolus nonnumquam in angelum lucis se transformat; nec est periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cum se bonum simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici demo [n] quereret, an sue beatitudinis vellet esse particeps, et ille responderet se in ejus consorcium velle transire; nunquid dicendus esset consensus in consorcium dyabolice dampnationis, an non potius in participacionem claritatis eterne? » (3). Constat enim in vitis patrum et ex diversis hystoriis seu legendis sanctorum, demones non solum in angelum, sed et quandoque in Christum se transformasse, ut apud beatum Martinum (4) et alios quamplurimos; sed nichilominus ex dono Dei figmenta dyaboli cognoverunt, et a nephario cultu ipsius gracia preservati sunt.

Quippe et possibile fuit, ymo et quod ita fuerit satis verisimile est, Johannam speciali munere Dei virtutem seu gratiam discernendi spiritus habuisse; quod recte consonat quibusdam dictis ejus super hoc in processu descriptis. Quam tamen gratiam etsi forte non habuerit, nichil siquidem ei derogat; quoniam spiritus illi malum non suggerebant, sed ad bonum ex toto inducebant, ut superius habitum est. Ideo non potuit in hiis perniciose seu periculose errare.

Et notandum quod a vocibus suis, prout reperitur in registro, tria potissimum in sua oratione petebat: videlicet quod Deus eam adjuvaret et liberaret, quod conservaret existentes inobediencia regis, et quod finaliter salvaret animam ejus (5). Ista autem peticio seu oratio ve-

(1) Outre ses *Commentaires sur le livre des Sentences*, cet illustre docteur dominicain, qui succéda à S. Thomas dans la chaire de théologie à Paris, et qui fut plus tard pape sous le nom d'Innocent V, a laissé des notes sur les *Épîtres de S. Paul*. Nous n'avons pu consulter ce volume in-f<sup>o</sup>, qui a été imprimé à Cologne en 1478 sous le nom de Nicolas de Gorran. Mais nous avons trouvé son ouvrage à la Bibliothèque nationale de Paris, Ms. 45276, et nous avons pu y contrôler le texte cité ici par Bréhal. Le voici intégralement: « Item super illud dicit glossa: cum diabolus bonum se fingens dicit aut facit ea que congruunt bonis angelis, non est error periculosus. Contra: ergo a simili si Christum se fingens facit ea que Christo congruunt jubens se adorari, non est error periculosus. Respondeo: Christo non congruit jubere se falso adorari. Quidam tamen dicunt quod in hoc casu qui adorat excusatur; alii, quod non debet adorare, nisi sub condicione tacita vel expressa, scilicet si tu es Christus; aliter non excusatur » [f<sup>o</sup> cxliij].

(2) Ces mots sont empruntés à la réponse ad 3<sup>m</sup>; mais la suite de la phrase est de Bréhal.

(3) La citation est empruntée textuellement au § « hiis ita respondetur »; au mot *Aliter etiam hoc probatur*; question première de la cause xxix, dans la seconde partie du *Décret*; p. 1917.

(4) Le fait est raconté par Sulpice Sévère (*De vita beati Martini*, cap. xxiv) Migne: P. L. tom. xx, col. 174.

(5) Cf. *Summarium*, art. III.

re sancta est ac bene ordinata ac more rethorico ascendens (1). Nam primum respicit bonum proprium seu persone; secundum respicit sinceram ad proximos caritatem; tertium vero anime sue salutem. Quis unquam, queso, prestigiosus, sortilegus, ydolatra, aut quicumque alius demonum invocator vel consors a Domino Deo hec aut consimilia petit? Enimvero stupendum est quatinus super hiis potuit de ydolatria aut demonum consorcio criminari. Nam et quodam loco processus per suum juramentum affirmavit, quod non vellet per auxilium demonis a carcere illo, in quo tamen crudelissime vexabatur, extrahi aut liberari (2).

Verumptamen duo sibi objiciuntur, que presumptionem de ydolatria videntur inducere, saltim secundum intencionem judicantium. Primum est, quia spiritus illos invocabat; secundum, quod virginitatem suam eis devoverat. Ad ista dicendum quod utrumque istorum falso ipsi Johanne objicitur et imponitur; quamvis et si fecisset, nichil tamen derogaret.

Primum namque falsum est; quoniam interrogata quomodo angelum et sanctas prefatas requirebat, respondit sic: [f<sup>o</sup> clxxxij r<sup>o</sup>] « Ego reclamo Deum et nostram Dominam, quod ipsi mittant michi consilium et confortacionem; et postea ipsi mittunt » (3). (Hoc patet in processu, f<sup>o</sup> lxxv<sup>o</sup>, f.). Ponuntur que ibidem verba formalia, quibus Dominum precabatur dicens, ut in nomine sanctissime passionis ejus mitterent sibi consilium et auxilium. Planum vero est quoniam istud pietatem catholicam continet.

Sed eciam dato quod invocaverit angelos et sanctos et sanctas, quis hoc, queso, dampnare audebit? Nonne sancta mater ecclesia cotidianis obsecracionibus eorum presidia implorat et invocat? Unde ipsa Johanna constanter et bene illis pretensis judicibus respondit: « Ego interpellabo eos, quamdiu vivam ».

Aliud vero quod ei objicitur, videlicet quod spiritibus ei apparentibus virginitatem vovit, similiter falsum est, quia nusquam in dictis ejus sic reperitur, sed bene quod prima vice qua audivit voces illas, ipsa vovit servare virginitatem tamdiu quamdiu placeret Deo (4); et erat tunc etatis xiiij annorum, (et hoc patet fol. xxxj<sup>o</sup>, E). Et alibi dixit quod firmiter credebat salvari, dummodo teneret juramentum et promissum quod fecerat Deo, videlicet quod bene servaret virginitatem suam corporis et anime.

Quippe et si inveniretur dixisse sicut isti pretendunt, quid illi, queso, prejudicaret? Nam, ut beatus Thomas ait, (2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>, q. lxxxviiij, art. v<sup>o</sup> in fine) (5): Votum proprie etsi soli Deo fiat

(1) Bréhal fait allusion à la figure de rhétorique appelée gradation, ou progression ascendante. — Cf. B. Jullien: *Cours supérieur de grammaire*; 2<sup>e</sup> partie, haute grammaire, chap. 46: figures augmentatives. — Hachette, 1849, p. 127<sup>b</sup>.

(2) Cf. *Summarium*, art. III.

(3) Cf. *Summarium*, art. I.

(4) Cf. *Summarium*, art. I.

(5) Le mot: in fine, ne signifie pas comme d'ordinaire la fin du corps de l'article; mais il s'agit de la réponse ad 3<sup>m</sup>, où cette doctrine se trouve exposée. *Opera omnia*... tom. XXI, p. 168, col. 2. On peut promettre à un homme de faire une bonne action: à proprement parler, ce n'est pas là un vœu, puisque le vœu est une promesse faite à Dieu seul. Mais cet engagement de fidélité peut devenir l'objet, ou comme disent les scholastiques, la matière d'un vœu, si par ce moyen on s'oblige vis-à-vis de Dieu à l'accomplissement de l'œuvre vertueuse qu'on a promise à l'homme. Voi-

tamen promissio alicujus boni potest fieri homini; que quidem sic facta potest cadere sub voto, in quantum est quoddam opus virtuosum. Et per hunc modum debet intelligi votum quod fit sanctis vel prelati. Nam ipsa promissio eis facta cadit sub voto materialiter, in quantum scilicet homo vovet Deo se impleturum id quod sanctis aut prelati promittit. Et Petrus de Tharantasia (1), (iii<sup>o</sup>, dist. xxxviii, art. primo), dicit quod omne votum vel fit Deo immediate, scilicet in seipso, vel mediate, id est in sanctis suis; sanctis enim non fit votum nisi propter Deum (2).

Et hoc est quod Johanna quodam passu de hoc caute loquens dixit quod videlicet bene sufficiebat promittere illis qui erant missi ex parte Dei (3). Ideoque apparet quod de istis impie criminatur, ymo potius, ut liquet, de bono opere lapidatur.

Inducuntur preterea quedam alia ab adversariis, ut majorem supersticiosi erroris ingerant suspicionem: ut de vexillo suo quod in preliis gessit, de figura in eo depicta, de panoncellis militibus distributis, de ense suo, de anulo, de nominibus istis Jhesus et Maria, que in litteris apponi faciebat seu permictebat, et si qua sunt similia (4). Sed ad omnia hec et hujusmodi adeo sagaciter prudenterque respondit, ut non solum ejus responsa omnem erroris aut prestigii suspicionem elidant, sed et plane religiosissimam pietatem super istis universa ejus verba redolcant. Ob quod ista que intulimus, ad calumpniam horum penitus refellendam, credimus sufficere.

#### QUINTUM CAPITULUM.

*Quod a patre et a matre non licenciata clamculo (5) recessit.*

Super eo vero quod a parentibus, patre scilicet et matre, clam et illicenciata recessit,

là pourquoi on donne le nom de vœu à la promesse faite à Dieu en l'honneur d'un saint, ou entre les mains d'un supérieur. — On dit dans le même sens qu'on érige un temple ou qu'on célèbre la messe en l'honneur d'un saint: les hommages de ce genre appartiennent aussi au culte de latrerie, et sont réservés à Dieu, auquel ils se rapportent toujours en dernière analyse, avec ou sans intermédiaire.

(1) Le nom de Pierre de Tarentaise a été orthographié de deux manières différentes par le même greffier Le Comte, qui écrit tantôt Tharentesia, tantôt Tharantasia. — Le texte cité ici est exactement emprunté au *Commentaire* sur le quatrième livre des *Sentences*, dist. xxxviii, q. 1, art. 1.

(2) Lan.: sanctis enimvero fit votum nisi propter Deum.

(3) « Interrogée se, quant elle promist à nostre Seigneur de garder sa virginité, s'elle parloit à luy: respond: il devoit bien suffire de le promeictre à ceulx qui estoient envoyés de par luy; c'est assavoir, sainte Katherine et sainte Marguerite ». Quich. tom. 1, p. 127.

(4) Bréchal fait allusion à l'article XX du *libelle* du promoteur, exposé par Thomas de Courcelles. Jeanne avait répondu à ses juges: « Il n'y avoit ne sorcerie, ne autre mauvès art. Et du bon eur de son estaindart, dit que de l'eur, s'en rapporte à l'eur que nostre Seigneur y a envoyé ». Quich., tom. 1, p. 237.

(5) Lan.: clam cubiculo.

quinymo, ut habetur in processu, sic illos ex hoc contristavit quod pene dementes effecti sunt (1), aliquid sub brevitate dicendum est.

Notandum itaque (2) quod obediencia procedit ex reverencia que exhibet cultum et honorem superiori et excellentiori. Unde, in quantum obediencia procedit ex reverencia Dei, continetur sub illa prestanti virtute quam Tullius (2<sup>o</sup> *rethorice*) religionem vocat (3); in quantum vero procedit ex reverencia parentum, proprie loquendo continetur sub illa virtute quam idem Tullius pietatem appellat (4): quarum utraque ad virtutem justicie pertinet. Secundum ergo eminentie differentiam harum duarum virtutum ad invicem, in quantum videlicet una plus debitum justicie includit quam altera, oportet attendere debitum reverencie ac obediencie ad Deum et parentes.

Homo autem diversimode efficitur aliis debitor (5) secundum eorum excellenciam et beneficiorum ab eis susceptorum variam participacionem. Constat vero quod in utroque istorum summum locum obtinet Deus, qui quidem in se opulentissimus est ac excellentissimus, quinymo nobis primum atque precipuum non solum essendi sed et conservandi ac gubernandi universale principium est. Parentes vero nostri dumtaxat quoddam particulare principium existunt.

Unde (6) cum religio et pietas sint due virtutes, ut dictum [est] non possunt sibi invicem repugnare aut impedimentum afferre, sicut neque bonum potest bono contrariari (secundum philosophum in *predicamentis*) (7); ideoque ex debitis circumstanciis oportet actus istarum sicut et quarumlibet aliarum virtutum limitare, quarum circumstanciarum termini si preterirentur, jam non esset actus virtutis sed vicii. Ad pietatem itaque pertinet cultum et subsidii officium impendere secundum debitum modum. Non esset autem debitus modus, si homo plus intenderet ad colendum parentes quam ad colendum Deum, quia, (ut dicit Ambro-

(1) Thomas de Courcelles l'affirme à l'article x du *libelle* présenté par le promoteur contre Jeanne: « Qui praedicti parentes pene perdidit sensum, quando recessit ad eundem ». Quich., tom. 1, p. 219.

(2) Quoique Bréchal n'ait donné aucune référence, il est manifeste que toute cette doctrine est puisée dans la *Somme théologique*. Aussi nous a-t-il été facile de retrouver les enseignements mêmes de S. Thomas auxquels il emprunte son exposé et la majeure partie de ses expressions. Les deux phrases suivantes sont presque littéralement tirées de la 2. 2, q. civ, art. 3 ad 3<sup>m</sup>. *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 199, col. 1.

(3) Voici le texte même de Cicéron (lib. II de *Inventione*, cap. LIII): « Religio est, quae superioris ejusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque offert ». *Œuvres*, tom. III, p. 324.

(4) Au même chapitre du livre de *Inventione*, Cicéron dit encore: « Pietas, per quam sanguine conjunctis patriaque benivolis officium et diligens tribuitur cultus » (*loc. cit.* p. 324).

(5) Tout ce paragraphe se retrouve à peu près littéralement dans S. Thomas 2. 2, q. ci, art. 1 in corpore. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 194, col. 1.

(6) Sauf la citation de S. Augustin, presque tout ce paragraphe est emprunté assez textuellement à S. Thomas: 2. 2, q. ci, art. 4. — *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 195, col. 1.

(7) Le livre d'Aristote sur les *Prédicaments* a été commenté par Boèce. La maxime philosophique citée ici est fort bien exposée (in *Categorias Aristotelis*, lib. IV de *oppositis*) Migne: P. L., tom. LXIV, col. 263, et seq.

suis *super Lucam*) (1), « necessitudini generis religionis divine pietas antefertur ». Et Augustinus dicit : « Amandus est generator, sed preponendus est creator » (2). Ubi ergo cultus parentum a Dei cultu et obediencia retraheret, vacuaretur exactissimus atque saluberrimus religionis actus; unde sic parentum cultui et contra Deum existere (3) nil aliud esset quam excellentem pietatis virtutem ac debite obediencie ordinem pervertere. Ob quod dicit Jeronimus, (in *epistola ad Heliodorum*) : « Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem ». Et subdit : « Summum genus pietatis est in hac re te esse crudelem » (4).

Ubi ergo divinum imperium ad hominem pervenit, jam cedit obligationis vinculum ad parentes. Ait enim Christus ad matrem et Joseph, (*Luce ij*<sup>o</sup>) : « Quid est quod me queratis ? Nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse ? Et hoc maxime, quia in hiis que ad interiorem motum voluntatis pertinent, nemo patri aut matri aut alicui homini subjicitur sed soli Deo, in cujus dumtaxat potestate est hominis arbitrium movere et convertere ad quodcumque voluerit, (ut dicitur *Proverbiorum xxj*<sup>o</sup>) (5), cum etiam tota mens hominis nulli alteri quam Deo sit subdita. Ait enim Seneca, (iiij<sup>o</sup> libro *de beneficiis*) : « Errat si quis existimat servitutum in totum hominem descendere; pars enim ejus melior excepta est. Mens quidem est sui juris; corpora vero obnoxia sunt et majoribus ascripta » (6). In quibus, adhuc secundum jura, quantum ad ea que ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo; quia omnes homines natura sunt pares, ut ait Gregorius (7), ut puta in hiis que ad corporum sustentacionem

(1) La phrase de S. Ambroise a été citée par S. Thomas dans la *Chaine d'Or* (in *Luc. ix, 60*) *Opera omnia*. . . tom. xvii, p. 104. Elle est tirée de l'*Expositio Evang. sec. Luc.* (lib. vii, n. 41). Migne : P. L. tom. xv, col. 1710.

(2) Dans le sermon cccxliv (*de amore Dei et amore sacculi*, n. 2), on trouve une phrase similaire, qui a probablement servi de base à la rédaction du texte que Bréhal allègue sans référence : « ma Apatrem, sed noli super dominum; ama genitorem, sed noli super creatorem ». Migne : P. L. tom. xxxix, col. 1512.

(3) Il faudrait plutôt : parentum cultui et contra Deum insistere; ainsi portent les textes imprimés de S. Thomas. Mais la leçon du manuscrit est manifestement : existere.

(4) S. Jérôme s'exprime ainsi (*Epist. xiv*, alias i, *ad Heliodorum monachum*, n. 2) : « Licet sparso crime et scissis vestibis, ubera quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater jaceat, per calcatum perge patrem; siccis oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem ». Migne : P. L. tom. xxii, col. 348.

(5) Le premier verset du chapitre allégué par Bréhal est ainsi conçu : « Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini : quocumque voluerit, inclinabit illud ». L'inquisiteur ne fait donc pas une citation, mais il avance une conclusion théologique à laquelle le texte des Proverbes sert de base. Voilà pourquoi nous n'avons pas mis son affirmation entre guillemets, comme l'a fait M. Lanéry d'Arc.

(6) Le texte a été probablement cité de mémoire : outre une légère variante, l'ordre de la phrase est interverti de la manière suivante : « Errat, si quis existimat servitutum in totum hominem descendere : pars melior ejus excepta est. Corpora obnoxia sunt et adscripta dominis; mens quidem sui juris ». (lib. iii *de Benefic.* cap. xx). *Œuvres*. . . p. 175.

S. Thomas allègue aussi ce texte de Sénèque : 2. 2, q. civ, art. 5 in corp. C'est du même article 5 que sont tirées les deux phrases suivantes de la *Recollectio*, à partir de : quantum ad ea que ad naturam, etc. *Opera omnia*. . . tom. xxi, p. 200, col. 1.

(7) S. Thomas ne dit pas : ut ait Gregorius. Cependant Bréhal a raison d'ajouter cette référence;

aut prolis generacionem spectant. Unde non tenentur servi dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo aut de virginitate servanda, et ceteris hujusmodi.

Cum itaque mens hominis, ultra predictam ejus naturalem libertatem, interiore divini spiritus mocione agitur, jam quo ad illud ad quod prosequendum seu agendum impellitur a vinculo communis legis penitus absolvitur. Lex namque spiritus lex privata est, que maximam libertatem inducit, secundum illud (prime *ad Corinthios iij*<sup>o</sup>) : « Ubi spiritus Domini, ibi libertas »; quam quidem sequi tanquam omni alia majorem ecclesia concedit, (ut cap. « Ex parte », *De conversione conjugatorum*; cap. « Gaudemus », *De divorciis*; cap. « Licet », *De regularibus*; c. « Due », xix, q. ij; cum similibus) (1). Unde et hac lege duei ipsi sancti et sancte Dei non solum parentes et patriam, sed viri uxores et femine viros reperiuntur passim dimisisse; de quibus in gestis eorum multiplex inducitur narracio.

Quamobrem, quia Johanna per divinam revelacionem, ut dictum est, mandatum receperat ut ad regem Francie pro alleviacione regni veniret; ubi verisimiliter presumere poterat quod, si missionem suam parentibus notificaret, forsan a precepti sibi divinitus facti executione retardaretur seu [f<sup>o</sup> clxxxij v<sup>o</sup>] impediretur, non censetur deliquisse si, eis nescientibus, discessit (2).

Et idem plane judicandum est, si hoc ipsum curato suo vel alicui alteri non declaraverit, sed illis dumtaxat quibus patefacere ei injunctum fuit, et qui tante rei prodesse poterant, non obesse.

Dato nempe quod proba Judith tunc virum habuisset, dum ex Dei occulto impulsu ad castra inimicorum perrexit (3) ut per interfectionem Olofernis ei divinitus suggestam filios Israel crudeliter oppressos liberaret, quis, inquam, diceret quod, si viri sui ne factum hujusmodi attemptaret prohibicio forsan intervenisset, debuerit propterea rem adeo piam et necessariam inausam infectam que relinquere? An non potius divinis monicionibus obedienter parere ac publice saluti humaniter consulere? Exigit enim justicie equitas, et hoc ipsum divine scripture proclamat auctoritas, quoniam obedire oportet magis Deo quam hominibus (*Actuum v*<sup>o</sup>); et bonum gentis, quod quidem in pace et salute reipublice constituitur, divinum esse philosophus tradit (4).

car on trouve cette affirmation dans S. Grégoire le Grand (lib. xxi, *Moral.* cap. xv, n. 22) : « Omnes namque homines natura aequales sumus ». Migne : P. L. tom. lxxvi, col. 203.

(1) Le chapitre « Ex parte » est le neuvième du titre xxxii, au 3<sup>e</sup> livre des *Décretales*; p. 1263.

Le chapitre « Gaudemus » est le huitième du titre xix, au 4<sup>e</sup> livre des *Décretales*; p. 1558.

Le chapitre « Licet » est le dix huitième du titre xxxi, au 3<sup>e</sup> livre des *Décretales*; p. 1249.

Enfin le canon « Due » est le second de la deuxième question, cause xix, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien; p. 1509. — C'est principalement dans ce canon que se trouve explicitement énoncée la doctrine à laquelle l'inquisiteur fait allusion; tandis que les trois chapitres des *Décretales* montrent plutôt l'application du principe à des cas particuliers.

(2) Sur le secret que Jeanne a gardé vis-à-vis de ses parents, de son curé et de tous ceux qui auraient pu faire obstacle à l'exécution de son dessein, voir les déclarations très précises, qui ont été consignées au procès-verbal des interrogatoires. Quicherat. *Procès*. . . tom. I, pp. 128-129.

(3) Lan. : pervenit.

(4) Cf. S. Th. in lib. i. *Ethi corum*, lect. ii. — *Opera omnia*. . . tom. v. p. 4.

Unde et ad hoc bene facit id quod Johanna de hoc examinata respondit quod, postquam Deus precipiebat, oportebat ita fieri; et si habuisset centum patres, et centum matres fuissetque filia regis, nichilominus ipsa recessisset (1). Addidit que quod in cunctis aliis bene obedivit patri et matri, preterquam de illo recessu; sed postea de hoc illis scripsit, et ipsi dederunt ei veniam. (Hec patent in processu, f.° xxxj. f.). Ex quibus plane constat quod nulla hic fuit protervia seu irreverencia in parentes, et multo minus contumacia de qua est legis speciale dictum positum (*Deuter.* xxj.°); sed neque eciam impietas aut prevaricatio mandati de honoracione parentum, quemadmodum per emulos sibi objicitur et imponitur, ut ex eorum sentenciis apparet in registro plenius descriptis.

#### SEXTUM CAPITULUM.

*Quod habitum virilem diu portavit, comam amputavit, et arma gestans bellis se immiscuit.*

Denique ob id quod Johanna virilem habitum assumpsit et longo tempore portavit, crines ad morem virorum in rotundum sibi prescindi fecit (2), actibusque bellicis se immiscuit et accommodavit, mirum in modum ab hiis qui hunc processum intemparant calumpniatur: ideoque diligenter videndum est, si in istis merito reprehensibilis fuerit.

Notandum itaque, (secundum philosophum in tercio *ethicorum*, et Tullium in *rethorica*) (3), quod actio humana potest judicari bona aut mala ex attentione et concursu circumstanciarum, et maxime finis, quia ex fine sumitur ratio omnium eorum que sunt ad finem. Nam, secundum Gregorium Nicenum (4), id cujus gracia aliquid geritur est principalissimum humanorum actuum circumstantia. Et sanctus Doctor in pluribus locis (5) ait quod

(1) « Puis que Dieu le commandoit, il le convenoit faire. Et dit oultre, puis que Dieu le commandoit, s'elle eust e. pères et e. mères, et s'il eust été fille de roy, si fust-elle partie ». Quich., tom. I, p. 429.

« En toutes autres choses elle a bien obey à eulx, excepté de ce partement; mais depuis leur en a escript, et luy ont pardonné » (*ibid.*).

(2) Dans le langage du temps, on appelait chevelure à l'écuette cette façon de se tailler les cheveux en rond.

(3) Bréhal fait sans doute allusion à ces paroles du livre second de *Inventionem*, cap. LVIII: « Sunt igitur res quedam ex tempore et ex consilio, non ex sua natura considerandae: quibus in omnibus quid tempora petant aut quid personis dignum sit, considerandum est, et non quid, sed quo quidque animo, qui cum, quo tempore, quamdiu fiat, attendendum est ». *Œuvres*... tom. III, p. 338.

(4) A l'exemple de S. Thomas, Bréhal attribue faussement à S. Grégoire de Nysse un traité *De natura hominis*, qui est l'œuvre de Némésius, écrivain ecclésiastique du IV<sup>e</sup> ou du V<sup>e</sup> siècle. Vers la fin du troisième chapitre de ce traité, on lit: « Sunt autem potissima in hiis cujus gratia, et quod agitur, id est causa et factum ». Migne: P. Gr. tom. XL, col. 727.

(5) Dans la *Somme Théologique*, on peut alléguer par exemple: 1, q. XLVIII, art. 1 ad 2<sup>m</sup> (*Opera omnia*... tom. XXI, p. 404, col. 1); — 1, 2, q. I, art. 3 (p. 2, col. 1); — 1, 2, q. VII, art. 4 (p. 20, col. 2); — 1, 2, q. XVIII, art. 7 (p. 39, col. 1); — 1, 2, q. LXXII, art. 1 ad 4<sup>m</sup> (p. 139, col. 2); — 2, 2, q. XIX, art. 3 (p. 36, col. 1); — 2, 2, q. CX, art. 1 (p. 207, col. 2); etc.

forma specifica humanorum actuum in genere moris sumitur secundum rationem finis; unde bonum et malum, que illorum sunt differentie essentielles et specificae, inveniuntur in eis potissime secundum rationem finis, seu in ordine ad finem.

Cum ergo finis missionis Johanne atque ordo sue intencionis fuerit, ut patuit, salus reipublice per sublevationem regni Francie hostiliter oppressi, quod quidem dominium divinum bonum esse philosophus tradit, ut dictum est, nullatenus presumi videtur debere malum esse id quod puella ipsa ad ejus commodiorem assuectionem faciebat vel assumebat. (Argumentum ad hoc in c. « Suspicionis » § « ab ipso », et c. « Preterea », *De officio delegati*; et lege ij. ff. *de jurisdictione omnium judicum*) (1).

Concordat maxima topica. D. « Cujus finis bonus est, ipsum quoque bonum est » (2). Et expediens dicitur quod est secundum utilitatem; (c. « Magne », *De voto et voti redemptione*) (3).

Preterea valde attendenda est atque ponderanda tunc existens adeo miseranda memorali regni calamitas et tantopere urgens sibi succurrendi necessitas. Unde, ut ait Quintilianus, (libro viij<sup>o</sup> *de oratoria institutione*), « afflante fortuna, pene omnia decent » (4). Et regula est quoniam necessitas legi non subjacet: (c. ij. « De furtis »; c. « Sicut » *De consecratione*, dist. prima; cum similibus) (5).

Amplius, nichil prohibet aliquam actionem humanam esse moraliter bonam ex fine et circumstantia, et illam nichilominus non esse bonam simpliciter in genere moris, quia forte non omnes circumstantie seu rationes bonitatis moralis concurrunt: puta, si ratione objecti disconvenientis actus deficiat, ut exempli gracia, si filius de bonis patris sui tenacis et avari

(1) Les deux premières citations du droit sont empruntées au même titre XXIX, *De officio et potestate judicis delegati*, au premier livre des *Décrétales*. Le chapitre « Suspicionis » est le trente neuvième (p. 332). Le chapitre « Preterea super hoc » est le cinquième (p. 330). — Quant à la troisième citation, elle est tirée du droit romain. M. Lanéry d'Arc indique en note: *Code* III, 41, 2; mais il n'a pas remarqué que le manuscrit porte très clairement le sigle ff. C'est donc du *Digeste* qu'il s'agit. Au second livre, on trouve en effet un titre analogue: *De jurisdictione*, auquel Bréhal ou le greffier aura ajouté par une confusion de mémoire très compréhensible les deux mots: *omnium judicum*. La seconde loi de ce titre est ainsi conçue: « Cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potuit » (p. 269). Il est facile d'appliquer ce texte à l'affirmation de l'inquisiteur.

(2) S. Thomas cite cette maxime de Boèce, dans l'arg. *sed contra*: 1, 2, q. XVIII, art. 4; *Opera omnia*... tom. XXI, p. 38, col. 1. — Voir Boèce: *Topicorum Aristotelis interpret.* lib. 3, cap. 1. Migne: P. L. tom. LXIV, col. 933.

(3) Le chapitre « Magne » est le septième du titre XXXIV, au troisième livre des *Décrétales*, (p. 4282). On y trouve cette simple affirmation, à propos d'une affaire.

(4) L'indication du livre est inexacte. Ce texte se trouve dans Quintilien (*de oratoria institutione* lib. XI, 3, 147); *Opera*... tom. II, p. 307.

(5) Le chapitre second: « Fures », du titre XVIII, au cinquième livre des *Décrétales* est indiqué à tort par suite de l'omission d'un chiffre. Il faut lire: chapitre troisième « Si quis » du même titre; car c'est dans celui-ci qu'il est question de la nécessité, qui sert d'excuse (p. 4731). — Quant au canon « Sicut » c'est le XI<sup>e</sup> *De consecratione* dist. I; il appartient à la troisième partie du *Décret* de Gratien, et on y trouve le principe ici énoncé: « Necessitas legem non habet » (p. 2329).

ut det elemosinam furetur, hec nempe actio, etsi bona non sit simpliciter (1), quia contingit ibi singularis defectus, videlicet furtum quod est objectum dans actioni quamdam rationem mali; nam bonum simpliciter ex integra causa consistit, ut ait Dyonisius, (iii<sup>o</sup> capitulo *de divinis nominibus*) (2); tamen in genere moris non est censenda mala seu non bona, propter circumstanciam adjunctam et finem intentum, a quo maxime, ut dictum est, bonitas humane actionis deppendet. Unde, sicut contingit aliquam bonam operacionem ad malum finem ordinari et mala circumstancia vestiri, et inde ex hoc eam malam seu viciosam moraliter dici, ita ex opposito contingit aliquam malam operacionem ad bonum finem ordinari ac debitis circumstanciis vestiri, et ob hoc virtuosam atque bonam moraliter reputari.

Hoc autem accidit, quia actiones humane in genere moris absolutam bonitatem non habent, sed ab alio deppendentem, et maxime ex fine seu ex ordine ad finem.

Item, licet istud, videlicet mulierem assumere et induere habitum viri et econtra, non sit de se seu ex suo genere virtuosum aut laudabile, tamen non potest dici simpliciter et de se viciosum seu vituperabile, eo quod si aliquando potest hoc bene ac bona intencione fieri, sequitur quod magis sit indifferens quam de se bonum vel malum. Nam, ut ait beatus Thomas, (q. xcij, articulo ij<sup>o</sup>), tres sunt differentie humanorum actuum: quidam sunt boni ex genere, et hii sunt actus virtutum, unde quo ad illos lex precipit affirmative; quidam sunt mali ex genere, sicut sunt actus viciosi, et respectu horum lex prohibet negative; alii vero sunt indifferentes, et respectu horum lex habet permittere (3). Unde, secundum eundem doctorem, possunt eciam dici indifferentes omnes illi actus qui sunt vel parum boni vel parum mali; ideoque, quia mulierem gestare habitum viri et e converso quasi medio modo se habet inter bonum et malum, eo quod potest bono vel malo animo fieri, ideo sub legis permissione cadit. Nam, secundum Quintillianum (lib. ij<sup>o</sup> *de oratoria institutione*), « non est equum id haberi malum quo bene uti licet » (4); ideoque temerarium est de hujusmodi

(1) Pour dire d'une façon absolue et sans restriction (*simpliciter*) qu'une action est bonne, il faut qu'elle le soit pleinement (*ex integra causa*), c'est-à-dire au triple point de vue de l'objet, de la fin et des circonstances, qui sont les sources ou les causes de la moralité. Que l'une ou l'autre de ces causes soit défectueuse, l'action perd son intégrité morale et n'a plus droit à une dénomination qui manquerait d'exactitude.

Bréhal n'a pas indiqué l'endroit de la *Somme Théologique*, où se trouve exposée la doctrine contenue dans ce paragraphe; il est vrai qu'il ne fait pas une citation littéraire. Mais, en consultant le texte de S. Thomas, on peut voir combien le savant inquisiteur est pénétré de l'enseignement du maître. — Cf. 1. 2, q. xviii, art. 4 in corp. et ad 3<sup>m</sup>; *Opera omnia*... tom. xxi, p. 38, col. 1.

(2) « Ut summatim dicam, bonum ex una integra causa existit, malum autem ex multis partialibusque defectibus ». (S. Dionys. lib. *de divinis nominibus*, cap. iv, § 30, interprete Balthasaro Corderio). Migne: P. Gr. tom. III, col. 806.

(3) Sauf les deux adverbis: *affirmative*, et *negative*, que Bréhal a voulu ajouter, ce sont les expressions mêmes de S. Thomas: 1. 2, q. xcii, art. 2 in corp.; *Opera omnia*... tom. xxi, p. 184, col. 1. — Le commencement de la phrase suivante jusqu'à *ideoque*... est également emprunté au corps de l'article.

(4) Quintilien dit en effet, dans l'ouvrage indiqué (lib. II, cap. xvi, 10): « Etiam si in utramque partem valent arma facundiae, non tamen est aequum id haberi malum, quo bene uti licet ». (*Opera*... tom. I, p. 105).

actibus velle sinistre aut eciam facile judicare, ut dicit Augustinus, (in libro *de sermone Domini in monte*) (1).

Adhuc (2), precepta legis dantur de actibus virtutum; ad que quidem implenda tenentur solum homo secundum quod actus sumitur in habitudine ipsius virtutis ad illud quod proprie et per se objecto competit, quoniam hoc est necessarium in omni actu virtutis: ut verbi gracia, ad objectum fortitudinis proprie et per se pertinet sustinere pericula mortis et hostes aggredi cum periculo [ f<sup>o</sup> clxxxiiij r<sup>o</sup> ] propter bonum; sed non prout sumitur secundum id quod per accidens sive consequenter se habet ad propriam rationem objecti: ut, quod homo armetur vel ense percuciat in bello justo, aut aliquid hujusmodi faciat, reducitur quidem ad objectum fortitudinis, sed per accidens.

Primum namque istorum de necessitate precepti est, sicut et ipse actus virtutis; non autem secundum, sed solum pro loco et tempore. Qualitas ergo habitus exterioris, que ad modestiam pertinet que (secundum Tullium) pars temperancie est (3), cum non per se et necessario cadat sub propria ratione objecti temperancie, sed solum consequenter et secundario, secundum quod in hoc potest per rationem quamdam (4) regula honestatis prestitui, ideo non cadit per se sub necessitate precepti.

Denique Johanna, ex vigore sue missionis actibus bellicis occupata, inter viros diu conversari habuit; unde, quia juvenis erat, ex ipso habitu muliebri facilius potuisset viros ad libidinem provocare, quoniam ex qualitate habitus muliebris ad libidinem alii provocantur: (lege « Item apud Labeonem », § « Si quis virgines », *De injuriis*) (5).

(1) S. Augustin s'exprime ainsi (lib. 2 *de sermone Domini in monte*, cap. xviii, n. 60): « Sunt ergo quaedam facta media, quae ignoramus quo animo fiant, quia et bono et malo fieri possunt, de quibus temerarium est judicare, maxime ut condemnemus ». Migne: P. L. tom. xxxiv, col. 1297.

(2) Le manuscrit porte: adhuc; mais, selon l'usage de Bréhal, il devrait plutôt y avoir: Ad hoc. La doctrine de ce paragraphe est tirée presque textuellement de la *Somme théologique*: 2. 2, q. II, art. 5 in corp. — *Opera omnia*... tom. xxi, p. 7, col. 1.

L'exemple apporté ici par S. Thomas suffira, nous l'espérons, à faire saisir les expressions usitées dans l'École. S'exposer pour une juste cause au péril de la mort, attaquer valeureusement l'ennemi sur le champ de bataille, ce sont des actes qui ont avec la vertu de force des liens directs et étroits: ils appartiennent à l'objet propre de cette vertu, et ils sont nécessairement visés par la loi qui les commande. — Se revêtir d'une armure, porter de vigoureux coups d'épée dans une guerre légitime, rentrent aussi dans le domaine de la vertu de force, mais à titre secondaire seulement et comme des accessoires de l'acte principal de cette même vertu. Les premiers tombent directement sous l'obligation de la loi; les seconds dépendent davantage des circonstances de lieux et de temps, ainsi que du mobile qui les inspire.

(3) Cicéron l'expose en ces termes (lib. 2 *de Inventione*, cap. LIV): « Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma et moderata dominatio. Ejus partes sunt continentia, clementia, modestia ». *Œuvres*, tom. III, p. 326.

(4) Il nous semble que le greffier s'est trompé en écrivant: *quamdam*; et qu'il faudrait plutôt: *quedam regula*.

(5) Ce texte du Droit romain est emprunté au *Digeste* (lib. XLVII, tit. X *de injuriis et famosis libellis*; p. 1569). Le § 15 de la loi xv est ainsi conçu: « Si quis virgines appellasset (*glose marginale*: id est, earum pudicitiam blando sermone affectasset), si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur; multo minus si meretricia veste foeminae, non matrum familiarum, vestitae



Unde et hanc causam ipsa communiter videtur allegasse, ut patet in processu. Que siquidem causa, videlicet ut suam et aliorum tueretur pudicitiam, per se ad hoc sufficiens est ut habitum virilem gestaret. Metus enim virginittatis perdende major quam mortis esse debet : ( ff. *Quod metus causa*, l. « Isti quidem » ; et l. ij<sup>a</sup> §. « Inicium », *De origine juris* (1).

Eciam et rationabilis causa est, ne videlicet alios ad concupiscenciam incitaret ; quia qui occasionem dampni dat, dampnum dedisse videtur : ( c. « Cum homo », xxij. q. v ; ff. *Ad legem Aquiliam*, l. « Cum occidit », § penultimo ; cum similibus ) (2).

Ideoque illud quod prohibetur in canone illo « Si qua mulier » ( xxx<sup>a</sup> dist. ) (3), ne scilicet mulier portet viri vestes, sane intelligendum est, quoniam ibi signanter additur : « suo proposito » ; *Glosa* : « id est malo seu meretricio », sicut faciunt quedam mulieres dum utuntur scissis ac virilibus vestibus ut licencius peccent. Habiliores enim sunt tunc ad prostituendum, et licencius possunt intrare ad aliquos viros et conversari cum eis. Sed, (secundum Archidiaconum post Hugucionem et alios ) (4), « si aliqua mulier habeat bonum propositum, scilicet ut peregre proficiscatur, vel ut castitatem servet cum alias timeatur de ea amittenda, vel si alius casus necessitatis occurrat, non peccat, si tunc virili veste utatur ut periculum facilius possit vitare vel bonum opus et honestum perficere ».

Nam et mutacio habitus clericis permittitur, et assumpcio vestis laycalis conceditur,

fuissent ». Et la *glose marginale* dit à ce sujet : « Praesumitur prima facie quis, talem qualem cum indicant vestes esse ». Nous trouvons cette *glose* dans une édition du *Digeste* imprimée à Lyon en 1604, p. 1372.

(1) Ces deux lois se trouvent au *Digeste*. L'une, « Isti quidem » au quatrième livre, est la huitième du titre second : *Quod mortis causa* ( c'est par distraction que le greffier Le Comte a écrit : *metus causa* ) ; p. 319. Elle renferme le principe allégué par Bréhal. — L'autre, au livre premier, titre deuxième, comprend un certain nombre de paragraphes, dont le 24<sup>e</sup>, au mot : *Initium secensionis*, indique ce même motif de l'action de Virginus tuant sa fille déshonorée : « quod... castitatem filiae vitae quoque ejus praeferendam putaret » ( p. 233 ).

(2) Le canon « Cum homo » est le dix neuvième de la question v, cause xxiii ; dans la seconde partie du *Décret* de Gratien. Il y est question des mobiles très divers sous l'influence desquels une action revêt une nature fort différente.

Mais c'est au livre ix du *Digeste* qu'on trouve le principe juridique allégué par Bréhal ; il est à l'avant-dernier paragraphe de la loi xxx « Qui occidit » ( et non pas : cum occidit, — distraction du greffier ), titre second *Ad legem Aquiliam* ( p. 456 ).

(3) Le canon « Si qua mulier » est le sixième de la distinction xxx, dans la première partie du *Décret* de Gratien ( p. 179 ). Il est ainsi conçu : « Si qua mulier suo proposito utile judicans ut virili veste utatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit ». La *glose marginale* de notre édition dit : « suo proposito, quia magis est habilis et magis parata in scissa veste quam in clausa ad meretricandum ». Mais la *glose* que Bréhal cite ici paraît être celle de l'Archidiacre dont il sera parlé ci-après.

(4) L'Archidiacre de Bologne, célèbre canoniste du XIII<sup>e</sup> siècle, s'appelait Guy Basius ou de Baiso. Il a laissé des commentaires et des gloses sur le droit ecclésiastique. Dans son *Rosarium* [f<sup>o</sup> 39<sup>b</sup>] il s'exprime ainsi à propos du canon « Si qua mulier » : « Proposito scilicet malo, scilicet meretricio ; secus, si bonum habet propositum, scilicet ut peregre proficiscatur vel castitatem servet, cum alias timeat de ea amittenda, secundum Huguc., habitum mutet ».

Hugucione était un jurisconsulte de Bologne ; il devint évêque de Ferrare en 1190, et mourut le 30 avril 1210.

ubi justa causa timoris exigit habitum transformari : ( capitulo « Clerici » ultimo, *De vita et honestate clericorum* ) (1).

In isto nempe, sicut et in multis similibus, non usus, sed libido culpanda est : ( c. « Quisquis », xlj<sup>a</sup> dist. ) (2), super quo ait *glosa* quod potius consideranda est causa facti quam factum ipsum : ( xxij. q. viij<sup>a</sup> c. « Occidit » ; et c. « Sciendum est », xxix dist. ) (3). Proposito enim et voluntate maleficia distinguuntur : ( cap. « Cum voluntate », in principio, *De sententia excommunicacionis* ; et lege « Qui injuriis », in principio, ff. *De furtis* ) (4). Absit ergo ut que propter bonum facimus nobis ad culpam imputentur : ( xxij. q. v. c. « De occidendis » ) (5).

Similiter eciam ratio illius precepti : « Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea », ( *Deuteronomii* xxij<sup>o</sup> ), est diligenter attendenda. Dicit enim sanctus Doctor, ( 1<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. cij, art. vj<sup>o</sup> ), quod hoc ideo prohibitum est in lege, quia gentiles antiquitus tali mutacione habitus utebantur ad lasciviam et ydolatrie supersticionem (6). Ad lasciviam quidem, quia ipsi gentiles brutaliter viventes plurimum libidini vacabant ; et quia, ( ut dicit Alexander de Hallis in tertia parte *Summe* ) (7), magna provocacio libidinis viris est vesti-

(1) Le chapitre « Clerici » est le quinzième du titre premier, au livre troisième des *Décretales* ( p. 1000 ). Il détermine la forme des vêtements ecclésiastiques, et il défend aux prêtres de porter à l'église ou ailleurs des habits laïcs « nisi justa causa timoris exegerit habitum transformari ».

(2) Le canon « Quisquis » est le premier de la xli<sup>e</sup> distinction, dans la première partie du *Décret* de Gratien. On y lit : « In omnibus enim talibus non usus rerum sed libido in culpa est » ( p. 246 ). Sur le mot *libido*, la *glose* dit : « quasi dicat, potius considerabimus causam facti quam ipsum factum ».

(3) Le canon « Occidit » est le quatorzième de la question viii, cause xxiii, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien ( p. 1697 ).

Le canon « Sciendum » est le premier de la distinction xxix, dans la première partie du *Décret* ( p. 175 ). Ces deux textes de loi recommandent de juger les œuvres d'après leurs causes et les autres circonstances.

(4) Le chapitre « Cum voluntate », cinquante quatrième du titre xxxix, au cinquième livre des *Décretales* ( p. 1927 ), débute précisément par les mots que Bréhal vient d'alléguer.

La même assertion est énoncée au commencement de la loi « Qui injuriae » ; ( *injuriis* est une faute de mémoire ). Cette loi est la cinquante troisième du titre second, au livre xlvii du *Digeste* ( p. 1549 ).

(5) Le canon « De occidendis » est le huitième de la question v, cause xxiii, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien. Le passage auquel Bréhal fait allusion est ainsi conçu : « Absit, ut ea quae propter bonum ac licitum facimus ; si quid per haec praeter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur » ( p. 1663 ).

(6) La raison est indiquée par S. Thomas dans la réponse ad 6<sup>m</sup> ( 1. 2, q. cii, art. 6 ) *Opera omnia* . . . tom. xxi, p. 218, col 1. Ce n'est pas une citation textuelle.

Dans le procès de condamnation, maître Pierre Maurice avait précisément articulé ce grief contre la Pucelle : « Es suspecta de idolatria, et execratione tui ipsius ac tuarum vestium, ritum gentium imitando ». Quicherat : *Procès* . . . tom. 1, p. 433.

(7) Alexandre de Halès, ainsi nommé du lieu de sa naissance en Angleterre, fut un des plus fameux docteurs de l'université de Paris : on lui donnait le titre de *Doctor irrefragabilis*. Il était de l'Ordre des Frères Mineurs. La phrase citée ici par Bréhal est extraite de sa *Somme* ( p. 202 ) presque littéralement.

tus muliebris et e converso, eo quod vestis illa viro circumdata refricat mulierem, et commovet vehementer ymaginacionem ejus. Ideo, ut talis occasio a populo Dei auferretur, factum est illud preceptum. Idcirco transformare habitum ea intentione qua prohibitum est, licet viciosum sit, tamen secundum Thomam, (2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. clxix art. ij<sup>o</sup>) (1), hoc potest quandoque fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, ut causa occultandi se ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, aut propter aliquid aliud hujusmodi.

Ad ydolatrie autem supersticionem hoc etiam gentiles potissime faciebant. Nam, ut dicit Alexander (*ubi supra*), et beatus Thomas (in 1<sup>a</sup> 2<sup>e</sup> ut prius) (2), in sacris Martis et Veneris pagani tali mutacione habitus utebantur. Nam in sacris Martis, non solum virili veste induebantur mulieres, sed etiam armabantur, ut ipsum tamquam belli et victorie datorem colerent. Simili modo, in sacris Veneris viri induebantur vestibus muliebribus, sacra Veneris exercentes per hujusmodi sacrilegum ritum mariti se illi Veneri credentes placere (3). Ideo ad hujus ydolatrie supersticionem exterminandam factum est.

Addit preterea idem Alexander aliam rationem hujus precepti: videlicet ut credulitas erronea tolleretur qua credebant ydolatre per applicaciones vestium muliebrum in sacris Veneris] conjungi sibi amore fort[issimo] corda mulierum, propter quas illud facerent, vel que postea hujusmodi vestibus uterentur (4). Similiter mulieres id ipsum credebant de viris et virilibus vestimentis. Voluit ergo Deus hunc errorem tollere, ne per ipsum filii Israel ad nepharium cultum traherentur. Unde ex hiis causis videtur addi in ipso precepto: « Abominabilis enim est apud Deum qui facit hoc ». Quod quidem exponens Nicholaus de Lyra dicit quod in Scriptura sacra abominacio communiter ydolatria dicitur (5).

(1) C'est à peu près textuellement la réponse ad 3<sup>m</sup> (2. 2, q. CLXIX, art. 2). *Opera omnia...* tom. XXI, p. 299, col. 2.

(2) C'est-à-dire dans la réponse ad 6<sup>m</sup> (1. 2., q. CII, art. 6). Le texte ici allégué est assez exactement celui d'Alexandre de Halès.

(3) L'édition imprimée d'Alexandre de Halès donne une autre leçon, qui paraît meilleure: « pro hujusmodi sacrilego ritu Marti et Veneri se placere credentes ». Cependant notre manuscrit offre un sens acceptable.

(4) Le greffier Le Comte, distrait pendant la transcription de cette phrase, avait omis les dix mots compris entre *vestium et propter quas*. La collation du manuscrit par l'autre greffier, amena la découverte de cette lacune, que Ferrebouc suppléa ainsi à la marge :

muliebrum in sacris Veneris  
conjungi sibi amore fortissimo  
corda mulierum

Lors de la reliure, la marge du feuillet a été légèrement rognée: le mot *Veneris* de la première ligne a disparu sauf la lettre initiale; à la seconde ligne, il n'est resté du mot *fortissimo* que les quatre premières lettres. Nous avons restitué entre crochets les deux mots mutilés.

M. Lanéry d'Arc a mis le comparatif: *fortiori*; mais nous avons préféré le superlatif: *fortissimo*, parce que c'est le texte même d'Alexandre de Halès. Il est probable d'ailleurs que le greffier aurait écrit selon sa coutume *forciori* par un *c*; la présence du *t* indique donc plutôt *fortissimo*.

(5) Dans ses *Postillae in Vetus et Novum Testamentum*, Nicolas de Lyre dit, entre autres gloses sur le chap. XXII du Deutéronome: « Abominatio enim in sacra Scriptura communiter accipitur pro ydolatria, seu pro aliquo ad ydolatriam pertinente ».

Proinde advertendum quod sanctus Doctor quamdam rationem figuralem hujus precepti videtur assignare, dicens quod per hoc prohibetur ne mulier usurpet sibi officia virorum, puta doctrinam et hujusmodi, aut etiam vir declinet ad mollicies mulierum (1).

Ex quo potest colligi quod non est simpliciter morale, sed ceremoniale potius seu legale, sicut et ill[ud de non] induendo vestem ex lan[a linoque] contextam (2). (*Levitici xix<sup>o</sup>*). Nam preceptum illud de non mutando habitum neque annumeratur decalogo, neque videtur esse conclus[i]o (3) mediate vel immediate deppendens ex illo.

Denique, si simpliciter morale esset, cum sit negativum, obligaret ad semper et pro semper, et [hoc] tamen ex premissis constat [non] esse verum (4).

Et iterum, ea que olim ad cultum Dei et pro illo tempore ordinabantur, aut etiam que sibi tamquam repugnancia prohibebantur, ceremonialia erant seu legalia; et hoc, sive fuerint ad interiorem cultum, sive ad exteriorem corporis amictum tunc pertinencia, illa vigorem obligationis a tempore legis gratie publicate perdiderunt, nisi forte in ipsa nova (5) ratificata fuerint: quod quidem de hoc precepto minime reperitur.

Postremo vero, quia, ut presumitur, Johanna habitum illum ex divina inspiracione accepit: et ad hoc veniunt plene ejus responsa (6). Unde etiam, quamvis de hoc esset morale preceptum, nichilominus interveniente per revelacionem divino oraculo seu mandato de assumendo habitum illum, utique illum gestando non peccavit. Nam et precepta decalogi, licet quo ad rationem justicie immutabilia sint, verumtamen, (ut ait sanctus Doctor, 1<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>, q. centesima,

(1) Ce sont à peu près les paroles mêmes de la réponse ad 6<sup>m</sup>: 1. 2. q. CII, art. 6; *Opera omnia...* tom. XXI, p. 218, col. 1.)

(2) L'accident signalé plus haut s'est renouvelé ici. Ferrebouc avait transcrit en marge treize mots omis par Le Comte, de la manière suivante:

seu legale, sicut et illud de non  
induendo vestem lana linoque  
contextam,

La rognure du feuillet par le relieur a supprimé les syllabes que nous avons rétablies entre crochets. Le texte du *Lévitique* (XIX, 19) dit seulement: « Veste, quae ex duobus texta est, non indueris ». Mais cette défense est expliquée au *Deutéronome* (XXII, 11): « Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est ». La restitution proposée par M. Lanéry d'Arc: sicut et illud induendo vestem ex lana contextam, est manifestement incomplète; ce qui enlève à la phrase son véritable sens.

(3) Le manuscrit porte très lisiblement *concluso*, mais il est évident que l'*i* a été omis.

(4) Ici encore, douze mots avaient été omis par le greffier Le Comte, entre: *obligaret*, et: *esse verum*. Ils ont été ainsi suppléés à la marge par Ferrebouc:

ad semper et pro semper, et hoc  
tamen ex premissis constat non

Les deux mots disparus par le fait de la rognure du feuillet sont rétablis entre crochets. M. Lanéry d'Arc n'a proposé aucune restitution du texte, et la phrase se trouve dépourvue de la négation qui détermine le sens.

(5) Lan.: in ipsa non ratificata fuerint. — Il est possible que ce soit une simple faute d'impression; mais il nous a paru nécessaire de la signaler, parce qu'elle renverserait le sens de la phrase.

(6) Cf. *Summarium*, art. IV.

art. vij<sup>o</sup>), quantum ad aliquam determinationem vel applicationem ad singulares actus, ut scilicet hoc vel illud sit homicidium, furtum vel adulterium aut non, hoc quidem est mutabile, presertim quo ad Deum qui horum mandatorum institutor est (1). Cujus superius posita sunt exempla de Abraham, et de filiis Israel, et de Osee propheta.

Nec obstat si quis dicat quod nichil Deus precipit aut interius suggerit quod virtuti contrarium sit, quale videtur esse illud quod videlicet mulier portet habitum viri. Ad hoc respondetur quod, sicut Deus nichil operatur contra naturam, quia illud est natura uniuscujusque rei quod in ea Deus operatur, (ut habetur in *glosa ad Romanos* xj<sup>o</sup>)(2), operatur tamen aliquid contra solitum cursum nature, ita etiam nichil potest [f<sup>o</sup> clxxxiiij v<sup>o</sup>] precipere contra virtutem; quia in hoc principaliter consistit virtus et rectitudo voluntatis humane quod voluntati Dei conformetur, et ejus imperium sequatur, quamvis sit contra virtutis modum consuetum (3). Ideo in talibus que sic Deus precipit non contingit ex hoc ipso peccare.

Porro, extante ipsa lege privata divine inspirationis, ab omni lege communi eximebatur, et ab omni culpa penitus expers reddebatur; (ut in c. « Licet », *De regularibus*; c. « Due sunt » xix, q. ij, cum similibus) (4). Eadem namque lege Jacob fratris vestibus ad patris deceptio-nem et fratris supplantacionem usus est; alias sibi non licuisset. Ipsumque excusavit a mendacio: (xxij, q. ij, § « Item opponitur »); Israelitas a furto. (xiiij, q. v. c. « Dixit Dominus »); Sampsonem ab homicidio: (xxij, q. v, c. « Sed non licet », et q. vij, c. « Occidit »); similiter et Moysen de interfectione Egyptii, (secundum beatum Thomam, 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, q. lx, art. ultimo, et hoc innuitur *Actuum* vij<sup>o</sup>); ac etiam Phineem de occisione Zambri, (ut legitur *Numer.* xxv<sup>o</sup>); Abraham ab adulterio, (*Genesis* xxj<sup>o</sup>); et sic de aliis multis, (de quibus in capitulo « Gaudemus », *De divorciis*) (5).

(1) Sauf quelques variantes, c'est le texte même de S. Thomas: 1. 2., q. c. art. 8 ad 3<sup>m</sup>; *Opera omnia*... tom. XXI, p. 203, col. 2.

(2) La *glose ordinaire*, dont l'auteur est Walafrid Strabon, dit en effet sur le verset 24 du chapitre xi de l'Épître aux Romains: « Dicitur id contra naturam quod est contra consuetudinem nature, ut si surculus fructum radicis ferat. Deus tamen nihil contra naturam facit, quia id est natura quod facit ». Migne: P. L. tom. cxiv, col. 598. — Mais cette assertion a été empruntée à S. Augustin qui a dit le premier (lib. 23 *contra Faust. Manichæum*, cap. III): « Deus creator et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit: id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, ordo nature ». Migne: P. L. tom. XLII, col. 480.

(3) Toute cette réponse est empruntée presque à la lettre à la *Somme théologique*: 2. 2., q. civ, art. 4 ad 2<sup>m</sup>; *Opera omnia*... tom. XXI, p. 199, col. 2.

(4) Le chapitre « Licet » est le dix huitième du titre xxxi, au 3<sup>e</sup> livre des *Décretales*; p. 1249. Il cite les textes de l'apôtre S. Paul, sur lesquels s'appuie la doctrine de la liberté donnée par l'inspiration divine.

Le canon « Due sunt » est le deuxième de la question seconde, cause XIX, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien; p. 1509. Il expose la distinction de la loi commune et de la loi privée, avec les principes qui régissent la matière.

(5) Les exemples allégués ici sont en effet justifiés dans les textes du droit canon, de S. Thomas ou de la sainte Écriture, que Bréhal indique.

Le § « Item opponitur » se trouve à la suite du canon vingt deuxième « Quæritur » de la seconde question, cause XXII, dans la 2<sup>e</sup> partie du *Décret* de Gratien; p. 1571.

Et omnino idem sciendum est de incisione come et aliis quibuslibet ad habitum seu amictum pertinentibus, necnon et de armis et ceteris ad fines sue legacionis opportunis ac necessariis. Nam quod in doctrina apostolica legitur de velacione capitis in mulieribus, quippe et quod illis non permittitur tonderi aut decalvari, hoc quidem pertinet ad consuetam decenciam atque publicam sexus honestatem, sicut et ornatus excessivus aut pompous capillorum, vestium et hujusmodi, ipsis mulieribus interdicitur ob pudicitiam et sanctitatem. Verumptamen istud in casu et cum quadam sobrietate nuptis permittitur, (ut patet prima ad *Thymotheum* ij<sup>o</sup>); et hoc videlicet ut placeant viris suis, et ne dent eis aliunde peccandi occasionem. Cur itaque illud primum non poterit mulier, presertim ut Deo inspiranti pareat et publice utilitati exacta necessitate deserviat? Legimus enim viduam Judith, ut divinum oraculum de interfectione Olofernis facilius compleret, mira figmenta, si fas sit dicere, ad sui ornatum composuisse, prioremque habitum dimisisse ac commutasse (*Judith* x<sup>o</sup>).

In istis enim exterioribus rebus quibus utimur, non inest vicium nisi ex immoderancia et abusu, ut dictum est. Quod quidem, (secundum Andronicum) (1), ex tribus consurgit: videlicet ex levitate, ex voluptate, et querendi anxietate. Sed ubi ex opposito concurrunt humilitas, castitas, et necessitas, nichil est penitus quod in hoc exteriori cultu prejudicet. Quis enim nesciat similiter apostolum, (prima ad *Corinthios* xj<sup>o</sup>), quasi legis cujusdam formam dicere: « Omnis mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum »? Et

Le canon « Dixit Dominus » est le douzième de la question v, cause XIV, dans la même partie du *Décret*; p. 1321.

Le canon « Si non licet » est encore de la même partie du *Décret*, mais il est emprunté à la question v, cause XXIII; pp. 1663-1665.

Le canon « Occidit » est le quatorzième de la question VIII, même cause; p. 1697.

La réponse de S. Thomas ad 2<sup>o</sup> fait partie de l'article 6 qui est le dernier de la question LX, dans la seconde partie de la seconde; *Opera*... tom. XXI, p. 118, col. 2.

Enfin, le chapitre « Gaudemus » est le huitième du titre XIX, au 4<sup>e</sup> livre des *Décretales*; pp. 1558-1561.

(1) Le manuscrit porte assez lisiblement ce nom, que M. Lanéry d'Arc a remplacé par: *Andromeum*. Il s'agit ici du philosophe péripatéticien Andronic de Rhodes, que S. Thomas a plus d'une fois cité dans la partie morale de la *Somme Théologique*. C'est à lui qu'est empruntée l'indication de Bréhal sur les trois sources de désordre dans l'usage des choses extérieures; mais elle ne se trouve pas dans son principal ouvrage intitulé: *Aristotelis Ethicorum Nicomachorum paraphrasis*, qui a été publié à Leyde avec la traduction latine de Daniel Heinsius. Il faut la chercher dans l'un des opuscules grecs [non traduits] qui sont imprimés à la suite. Celui qui a pour titre: *περί πρῶτων*, renferme la définition des trois vertus opposées aux trois vices dont il est question ici. S. Thomas en fait mention sous les noms de *humilitas*, *per se sufficientia*, et *simplicitas*. — Cf. 2. 2., q. CLXIX, art. 40; *Opera omnia*... tom. XXI, p. 208, col. 2. — Les œuvres attribuées à Andronic par les écrivains du moyen-âge figurent dans l'édition critique des *Commentaria d'Aristote*, publiée sous les auspices de l'Académie des sciences de Berlin. Elles y sont attribuées à leur auteur véritable, qui est Héliodore de Pruse. (*Commentaria in Aristotelem graeca*, tom. XIX: *Heliodori Pruseni in Ethica Nicomache paraphrasis*; — Berolini, typis et impensis Georgii Reime).

tamen notum est in quibusdam partibus Francie, ut in Picardia, gra[n]diuseulas feminas, crinibus in modum corone attonsis, capite prorsus detecto, in ecclesiis palam orare; quod tamen non prohibet Ecclesia, sed permittit.

Sed, ne ulterius distrahamur, constat plures sanctissimas mulieres, ejusdem private legis ac spiritus Dei auctoritate, non solum viri habitum sumpsisse comanque succidisse, sed et in eodem statu per totam vitam occulte permansisse ac inter viros conversando perstetisse. Nam in primis habetur de beata Tecla, Pauli apostoli discipula, que volens Paulum sequi comam instituit deponere et habitum viri sumere; sed prima facie apostolus non permisit, ne forte aliqua temptatio incideret; sed hoc tandem ipsa fecit, et longo itinere cum quibusdam viris juvenibus in ipso habitu ad ipsum perrexit; neque tamen legitur quod de hoc eam reprehenderit. (Hoc autem refertur secunda parte *Speculi hystorialis*, libro x<sup>o</sup>, capitulo xlvij<sup>o</sup>). Hujus preterea exemplo, beata Eugenia virgo cum duobus eunuchis Protho et Jacincto tonsa et virili habitu induta ad beatum episcopum Helenum perrexit; cui illa votum aperiens jussit (1) ut in eo habitu persistens in monasterio inter religiosos resideret; quod quidem longo tempore fecit, et tandem in abbatem prefecta fuit (Hoc patet habunde, eadem parte *Speculi*, libro xj<sup>o</sup>, capitulo cxvj<sup>o</sup>). Item, beata Nathalia, sancti Adriani martiris uxor, similiter se tonsorans (2) habitum virilem sumpsit, ut sanctis martiribus captivis secretius ministraret, et ad idem faciendum multas alias animavit; (*ibidem*, libro xij<sup>o</sup>, capitulo lxxxij<sup>o</sup>). Denique sancta Pelagia cum religiosis reclusa in monte Oliveti in habitu viri usque post mortem incognita permansit; (*ubi prius*, libro xij<sup>o</sup>, capitulo xevij<sup>o</sup>). Similiter de sanctis virginibus Marina et Eufrosina, que usque in finem vite in ipso habitu virili cum monachis residentes incognite seu ignote perstiterunt; (ut diffuse patet eadem parte *Speculi*, libro xvj<sup>o</sup>, capitulis vero lxxij<sup>o</sup> et lxxvij<sup>o</sup>). Quedam etiam sancta virgo, origine corinthia, clamidem viri juvenis induit, et discrimen corruptionis evasit; (tercia parte *Speculi*, libro xvij<sup>o</sup>, capitulo xcij<sup>o</sup>). Et sic de multis similibus.

Non videtur itaque causa legitima subesse, cur hec puella electa tantopere ex hoc criminari debuerit ut ob id reputaretur divine ac sacre doctrine prevaricatrix, apostatrix, aut etiam de ydolatria et execratione sui suspecta haberetur, cum in eo potius subsint omnino contrarie evidencie, ut dictum est.

Objiciunt tamen quod ipsa preelegit non recipere sacram communionem tempore statuto ab Ecclesia quam dimittere habitum virilem. Sed hoc manifeste apparet falsum esse. Constat enim ex processu quam sepe numero pecierit tunicam longuam ad modum unius filie burgensis, ut iret ad ecclesiam, audiret missam, et hujusmodi (3). Certum est tamen quod simpliciter et ex toto illud dimittere noluit, dicens quod melius faciebat obediendo Deo, a quo preceptum habebat ut illum portaret, subjungens quod bene sciebat quomodo acceperat, sed ignorabat quomodo vel quando ipsum relinquere debebat; et ita extante cons-

(1) Pour la correction de la phrase, il faudrait: *illa votum aperiente*. Mais le manuscrit ne permet pas cette leçon.

(2) Tonsorare. — Voir Ducange: *Glossarium* . . . tom. vi, p. 606.

(3) Cf. *Summarium*, art. iv.

ciencia sua de hujusmodi oraculo et de re tali que ad maximum bonum ordinabatur, non debuit aliqua suggestionem dimittere aut omittere: (ut in capitulo « Inquisitioni », *De sententia excommunicacionis*; c. « Ad aures », *De temporibus ordinandorum*; cum similibus) (1). Sperabat siquidem aut innuebat, cum de dimittendo habitum sollicitaretur, legationem suam forte nondum impletam esse.

Quo autem ad vexillum et arma que gestabat, et etiam prelia quibus se immiscebat, satis verisimile est quod in odium hujus potissimum et hac precise occasione processus iste adversus eam motus est. Constat enim quoniam, suorum aggressuum industria ac virtute, tunc Anglorum fortuna tam mirabiliter corruebat. Sed si quis attendat, istud causam fidei minime concernit. Et denique ob hoc Johanna, neque proditrix, aut dolosa, crudelis, sediciosa, effundendi sanguinis sitibunda, et hujusmodi de quibus criminatur, censeri aut reputari debuit minime.

Attendendum namque quod, dum ad hoc mittebatur, humiliter se excusavit, dicens quod erat simplex puella que nesciret equitare neque arma portare. Tunc autem voces rememorabant [f<sup>o</sup> clxxxiiij<sup>o</sup> r<sup>o</sup>] ei calamitatem patrie et regis magnam pacienciam; quod denique oportebat ut veniret in Franciam, et patria alleviaretur, atque Deus eam adjuvaret (2). Ecce ergo quod non stollide ad ista se ingessit, sed divino precepto, et propter regis ac regni crudelissime oppressi summopere necessariam relevacionem inducta fuit.

Quoque et non parum ponderandum videtur id quod sepius dixit, videlicet quod ipsamet in prelio vexillum portabat ne aliquem interficeret (3). Sed neque quempiam reperitur occidisse, aut etiam percussisse. Quinymo Anglicos hostes licetis semper aut verbis ad pacis tractatum noscitur commonuisse (4), in ipsosque adversarios quos captivari aut dure tractari videbat plurimum misericors ac compaciens fuisse, quippe ex eorum numero multos absque redemptionis precio nonnumquam gratis eripuisse. Quid itaque hic inspicitur, quod juste aut digne calumpniari debeat? Nam, ut ait Augustinus (in libro *de verbis Domi-*

(1) Le chapitre « Inquisitioni » est le quarante quatrième du titre xxxix, au cinquième livre des *Décretales*; p. 1916. Il s'agit dans ce chapitre d'un cas analogue, qui est résolu d'après le même principe: « ne contra judicium conscientie committat offensam ».

Le chapitre « Ad aures » est le cinquième du titre xi, au premier livre des *Décretales*; p. 252. Le greffier a écrit: *De temporibus ordinandorum* au lieu de: *ordinationum et qualitate ordinandorum*, qui est le titre complet.

(2) Cf. *Summarium*, art. i.

(3) Cf. *Summarium*, art. iv.

(4) Voir sa lettre aux Anglais: *Quich.* tom. i, pp. 240-241. — « Premièrement elle requéroit que on feist paix, et que au cas que on ne vouldroit faire paix, elle estoit toute preste de combatre » (*ibid.* p. 243). Dans le mémoire écrit en mai 1429 par Jacques Gélou archevêque d'Embrun, on lit à ce sujet: « Et quanquam circa arma versetur, nec crudelitatem tamen unquam persuasit, sed omnium miseretur ad regem dominum suum confugientium, aut inimicorum recedere volentium. Non sitit humanum sanguinem; sed offert inimicis pacificum ad propria recessum, regno in quiete et pace dimisso, et rebellibus ad domum suam regressum per obedientiam bonam, recepta a rege veniæ indulgentia ». Ce passage a été publié par Quicherat: *Procès* . . . tom. III, p. 407. — Voir aussi: *Summarium*, art. iv.

ni, et allegatur in capitulo « Apud veros », xxiiij, q. j) : « apud veros Dei cultores ipsa bella justa sunt, que non cupiditate aut crudelitate sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, et boni subleventur » (1). Et iterum idem Augustinus (*contra Faustum*) ait : « Nocendi cupiditas, ulciscendi credulitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua similia, hec sunt que in bellis jure culpantur ; que plerumque ut eciam inde puniantur publice justicie repugnantes, sive Deo sive aliquo legitimo imperio jubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire, juste ipse ordo constringit » (2).

Sed dices : hec femina fuit ; ideo sibi non licuit. In promptu est responsio. Nam id licitum dicitur quod est secundum equitatem : (c. « Magne », *De voto et voti redemptione*) (3) ; equum vero quod a juris regula non discrepat, seu legi non repugnat. Itaque non memini me de hoc preceptum in lege vidisse, ne videlicet mulieres quandoque arma sumere possint, nisi forte quis accipiat in antedicto precepto : « Non induetur mulier veste virili » ; id est, armis, eo quod quedam translacio ponit *vas* ubi habetur *vestis* ; quod secundum aliquos doctores intelligitur de armis (4). Ad quod facit veritas hebrayca, que habet in isto passu : « non erit vas viri super mulierem ». Nunc vero ubi de Jonatha legitur (primi *Regum* xx<sup>o</sup>), quod tradidit puero arma sua, in hebreo ponitur : *vasa* (5).

(1) C'est le texte même du *Décret* de Gratien, canon sixième, question 1, cause xxiii, de la seconde partie, (p. 1601), sauf le mot *justa*, qui y est remplacé par : *pacata*. Les diverses éditions que nous avons eues sous les yeux indiquent comme source S. Augustin (*de diversis Ecclesie observationibus*) ; la lettre *ad Januarium* a un titre à peu près identique, mais nous n'y avons pas trouvé ce texte. Cependant, en divers endroits des œuvres de l'évêque d'Hippone, on rencontre des expressions analogues de cette même doctrine. Voir entre autres : *De Civitate Dei* (lib. xix, cap. 12, n. 1). Migne : P. L. tom. xli, col. 637 et 638.

(2) La citation est textuelle, excepté un membre de phrase que les imprimés reproduisent ainsi : « ut etiam jure puniantur adversus violentiam resistentium, sive Deo, sive aliquo... etc. ». S. Aug. (lib. xxii *contra Faustum*, cap. 74). Migne : P. L. tom. xlii, col. 447.

(3) Le chapitre « Magne » est le septième du trente quatrième titre, au 3<sup>e</sup> livre des *Décrétales* ; pp. 1282-1283. Voici le passage auquel Bréhal fait allusion : « Tria praecepit duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum aequitatem, quid deceat secundum honestatem, et quid expediat secundum utilitatem ».

(4) Il nous semble que Bréhal a emprunté cette observation à Nicolas de Lyre ; car dans les *Postillae in Vetus Testamentum*, sur le verset 5 du chap. xxii du *Deutéronome*, on rencontre le passage suivant : « Non induetur mulier veste virili. Quod exponunt doctores aliqui, et bene ut credo, quod hoc intelligitur de armis quibus viri utuntur. Unde in hebraeo habetur : Non erit vas viri super mulierem ; et accipitur alibi in Scriptura vas pro armatura. Unde, I *Reg.* xx, dicitur de Jonatha quod tradidit puero arma sua ; in hebraeo habetur : vasa sua. Prohibetur autem hoc quod mulier non portet arma viri, tum quia indecens mulieri et praesumptuosum, tum quia pro tunc erat superstitiosum quia gentiles mulieres, in sacris Martis portabant arma viri, et in sacris Veneris viri portabant ornamenta mulierum et instrumenta earum, utpote colum, fusum et similia ». — Bréhal avait déjà cité plus haut ce fait superstitieux mentionné par Alexandre de Halès et par S. Thomas.

(5) S. Augustin (lib. v *Quaest. in Heptateuchum*, q. xxxii) dit aussi à ce sujet : « Non erunt vasa viri super mulierem : vasa bellica vult intelligi, id est arma ; nam quidam etiam hoc interpretati sunt ». Migne : P. L. tom. xxxiv, col. 761.

Sed istud non cogit : quia, eciam ad illum intellectum accipiendo, tamen ratio illius precepti fuit ad vitandam ydolatrie supersticionem quam mulieres exercebant, in sacris Martis arma sumentes, ut dictum est ; ideoque ad propositum nichil facit. Nam cessante causa, cessat effectus : (c. « Cum cessante », *De appellacionibus*) ; et omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur, (c. primo, *De regulis juris*) (1).

Et iterum, non vanum simpliciter videtur ut, necessitatis urgente articulo, mulier ad prelia vadat, aut militare actum pro salute reipublice exercent. Fuit namque Debbora prophetes seu prophetissa, que cum Barach principe ivit contra Sysaram et ejus exercitum, (ut patet *Judicum* iij<sup>o</sup>), in cujus commendacionem sequenti capitulo legitur : « Cessaverunt fortes Israel et quieverunt, donec Debbora surgeret. Nova bella elegit Dominus, et portas hostium ipse subvertit ». Super quo Petrus Comestor (in hystoriis) ait : « Nova quidem bella elegit Dominus, ut mulier de viris triumpharet » (2). Fuit et Jahel, uxor Amner Cynei, que ipsum Sysaram principem exercitus regis Jabyn, clavum tabernaculi in tempora ejus defigens dum dormiret, interfecit, (ubi prius, *Judicum* iij<sup>o</sup>) (3) ; quod quidem, ut creditur, divino instinctu ambe iste mulieres fecerunt. Denique et Judith Olofernein, principem exercitus Nabugodonosor regis Assiriorum dormientem, divino similiter ducta oraculo, interfecit, et in lectulo corpus truncum relinquens, caput in pera sua ad victorie gloriam et adeptae salutis testimonium in civitatem reportavit, (*Judith* xij<sup>o</sup>). Ipsam quoque sub hiis verbis (in *prologo*) ita commendat Jeronimus : « Hanc enim non solum feminis sed et viris Deus immitabilem dedit, qui castitatis ejus remunerator virtutem talem ei [tribuit], ut invictum ab omnibus hominibus vinceret et insuperabilem superaret » (4). Narrant preterea hystorie miranda quo ad rem bellicam de quibusdam mulieribus que Amazones dicuntur. Reffertur eciam a Tito Livio, (libro secundo ab urbe condita), et a Valerio, (libro tercio capitulo iij<sup>o</sup>), atque Orosio, (libro secundo) (5), unum quasi prodigium de virgine romana, nomine Coclia, que Tyberis flumen transnatans e manibus hostium virgines coetaenas obsides vi et astucia eripuit, et parentibus salvas restituit ; unde et in ejus laudem sic

(1) Les deux axiomes juridiques invoqués ici sont exprimés en propres termes, l'un au début du chapitre « Cum cessante » qui est le soixantième du titre xxviii, au second livre des *Décrétales* (p. 963) ; l'autre, au livre cinquième, où il constitue le premier chapitre du titre xli (p. 1962).

(2) Cette phrase, où le mot *tribuit* a été omis par le greffier, est empruntée à l'*historia scholastica* (*hist. libri Judicum*, cap. vii) de Pierre Comestor, chanoine de Troyes, puis chancelier de l'Église de Paris, et enfin chanoine régulier de Saint-Victor, au xiii<sup>e</sup> siècle. — Migne : P. L. tom. cxcviii, col. 1276-1277.

(3) Dans le texte de la Vulgate, Jahel est dite : uxor Haber Cinaei (*Judic.* iv. 17) ; ce qui est conforme à l'hébreu.

(4) C'est la dernière phrase de la préface de S. Jérôme au livre de *Judith*. Migne : P. L. tom. xxix, col. 40.

(5) Tite-Live raconte le fait : lib. ii, cap. xiii, 6 ; ab urbe condita 246. *Opera*. . . tom. i, p. 74. Paul Orose a ce même récit : (*historiarum libri septem*, lib. ii, cap. v) Migne : P. L. tom. xxxi, col. 754. Enfin, Valère Maxime (*Factorum dictorumque memorabilium libri novem*) dit de Clélia (dont le greffier a changé le nom en Coclia) : « Non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit ». (lib. iii, cap. 2. *De fortitudine, exempla romana* ; p. 618). La citation de Bréhal a été faite de mémoire, comme beaucoup d'autres de la *Recollectio*.

declamat Valerius : « Coclia non solum patriam ab obsidione, sed eciam a timore liberavit ».

Quis ergo non approbet et commendet quod per istam electam puellam preclare gestum videmus? Presertim cum in primis per prelatos et doctores se Pictavis et alibi super qualitate sue missionis districtius examinandam prebuerit, et merito admitti eam debere voce omnium dijudicatum fuerit, more castissime Judith, que ad certamen se preparans sacerdotibus dixit : « Sicut quod loqui potui, Dei esse cognoscitis : ita quod facere proposui, probate si ex Deo est, et orate ut firmum faciat consilium meum Deus » (1). Cui responderunt : « Vade in pace, et Dominus tecum sit in ultionem inimicorum nostrorum » (*Judith viij<sup>o</sup>*).

Enimvero divine dispensacionis mira[culum] est (2), ut puella, de pascuis et post fetantes traducta, confestim grandes emissarios (3), veloces atque eciam feroces leviter seu alacriter conscenderit, quinymo et supra virorum communem industriam calcaribus adactos direxerit et compescuerit, vexillum et arma secundum exigenciam militaris actus aptissime portaverit, sed, et quod multo mirabilius est, acies exercituum ordinatissime instruxerit (4), congregandi et aggrediendi normam et modum non tam prestiterit quam semper presens et prima audaciam ceteris et animum prebuerit, ac tandem in cunctis per eam maxime susceptis triumphos felices reportaverit, per hostes intermedios, per enses, per gladios regem Remis coronandum duxerit, et feliciter ac gloriose coronatum utique per omnia salvum tandem reducerit, urbes et opida absque hominum cede subjecerit, exterritos hostes solo sui nominis flatu procul fugaverit. Quid plura morer? Haud dubie cernimus quod ad hostium confusionem et omnium superborum repressionem in manu femine salutem regni Deus constituerit.

Ad quorum denique qualemcumque probacionem (5) faciunt aliqua super istorum mirabili eventu longe ab ante prenunciata, ut imprimis illud Bede quod superius adduximus.

Quidam eciam peritus astrologus senensis, nomine Johannes de Monte Alcino (6), fertur per antea sic domino regi inter cetera scripsisse : « In consilio virgineo erit victoria tua : prosequere victoriam tuam sine intermissione usque ad civitatem parisiensem, etc. ».

Merlinus autem vates anglicus ita cecinit : « Ex nemore canuto eliminabitur puella, ut medele curam adhibeat ; que, ut omnes arces iniverit, solo anelitu suo fontes nocivos siccabit.

(1) *Judith* VIII, 30-31 et 34. — Cité de mémoire : l'ordre de quelques mots est interverti ; et la Vulgate a : *disposui* au lieu de *proposui*.

(2) Le sens de la phrase exige la leçon que nous introduisons. Le greffier distrahit n'a écrit que la première moitié du mot.

(3) Emissarius : equus fortis et velox... gallice, *estallon*... une manière de cheval fort, étalon, courtier ou coureur d'aucun Seigneur... — Du Cange : *Glossarium*, tom. III, p. 40.

(4) C'est le témoignage rendu par le duc d'Alençon le 3 mai 1456 : « In facto guerrae erat multum experta, tam in portu lanceae quam in congregando exercitu et ordinandis bellis, et in praeparatione de l'artillerie... etc. ». Quich. tom. III, p. 100.

(5) Quicherat a édité, depuis ce passage jusqu'à la fin du chapitre, tout ce qui est relatif aux prédictions qui annoncent les exploits de Jeanne d'Arc (*Procès*... tom. III, pp. 341-347).

(6) Quicherat assure qu'il s'appelait Pierre et non pas Jean. Il était médecin du pape Jean XXIII ; on lui attribue plusieurs horoscopes que l'évènement vérifia. Le texte allégué ici est emprunté à une lettre qu'il avait écrite au roi Charles VII.

Lacrimis miserandis manabit ipsa, et clamore horrido replebit insulam. Interficiet eam cervus decem [f<sup>o</sup> clxxxiiiij v<sup>o</sup>] ramorum, quorum quatuor aurea dyademata gestabunt, sex vero residui in cornua bubalorum vertentur, que nephando sonitu insulas Britanie commovebunt. Excitabitur Daneium nemus, et in humanam vocem erumpens clamabit : Accede, Kambria, et junge lateri tuo Cornubiam » (1). Hoc enim vaticinium non omnino respuendum aut despiciendum est, quoniam que iste Merlinus predixit satis commendata reperiuntur. Ait enim Sigebertus : « Multa obscura Merlinus revelavit, multa predixit ventura, quorum aliqua vix intelligi possunt, donec apparere incipiant ; solet enim spiritus Dei, per quos voluerit, misteria sua loqui, sicut per Sibillam, per Barlaam, et hujusmodi » (2). (Istud enim legitur tercia parte *Speculi hystorialis*, libro xxj<sup>o</sup>, capitulo xxx<sup>o</sup>).

In primis autem ibidem exprimitur locus originis puelle ex designatione illius nemoris canuti, de quo superius tactum est ; et dicit : *eliminabitur*, id est, e limitibus dicti nemoris nasci probabitur ; nam ab hostio paterne domus Johanne facile videtur, (ut dicitur in processu).

(1) Nous l'avons dit plus haut, cette prédiction est extraite de l'opuscule de Geoffroy de Monmouth, intitulé *De prophetiis Merlini*. Suivant la juste remarque de Quicherat (*Procès*... tom. III, p. 341 note), il faut beaucoup de bonne volonté pour l'appliquer à la Pucelle, même lorsqu'on la présente mutilée comme elle est ici, sous la forme qu'elle avait revêtu devant le public lettré ou non qui s'en occupait. A plus forte raison est-il impossible de l'interpréter de la sorte, si l'on examine son texte intégral.

D'abord, le titre même qu'elle porte dans le livre de Geoffroy de Monmouth indique assez qu'elle concerne la ville galloise de Winton : *de Guynonia vaticinium*.

Le début a été altéré : au lieu de *Ex nemore canuto*, on lit : *Ex urbe Canuti nemoris*, et encore ce dernier mot (*nemoris*) ne se trouve pas dans tous les manuscrits ; il resterait donc seulement *Ex urbe Canuti*, ce qui rend le sens fort différent.

Trois phrases ont été supprimées, entre : *fontes nocuos siccabit*, et *Lacrymis miserandis*. Les voici : « Et exinde ut sese salubri liquore refecerit, gestabit in dextera sua nemus Calidonis, in sinistra vero murorum Londoniae propugnacula. Quaecunque incedet, passus sulphureos faciet qui duplici flamma fumabunt. Fumus ille excitabit Rutenos et cibum sub marinis conficiet ». Il est manifeste qu'elles n'ont aucun rapport avec les exploits de Jeanne d'Arc.

Tout le reste est d'une obscurité que les explications de Bréhal, si ingénieuses qu'elles puissent être, ne sauraient parvenir à dissiper.

Malgré la réserve avec laquelle il propose son opinion, l'inquisiteur paraît avoir partagé la persuasion commune de son temps. Aux heures des grandes calamités, et particulièrement des calamités nationales, on voit les esprits en quête du merveilleux chercher la connaissance des secrets de l'avenir dans des élucubrations qui à tort ou à raison passent pour prophétiques. Les meilleurs se laissent parfois entraîner par le courant, et chacun juge d'après les affections et les désirs de son cœur, selon l'axiome de l'École : *Unusquisque judicat prout est affectus*.

Cependant, les déclarations expresses que Bréhal fait à ce sujet (voir le dernier paragraphe de ce chapitre VI) montrent bien qu'il n'accorde à cette sorte d'arguments qu'une valeur très accessoire.

(2) La *Chronica domni Sigeberti Gemblacensis monachi*, a été publiée par Migne : P. L. tom. CLX, col. 57 et seq. — C'est probablement dans cette compilation du moine de Gembloux que Bréhal a puisé ses dires au sujet de l'origine grecque des Francs. Mais le passage allégué ici se lit, comme il l'indique, dans le *Miroir historique* de Vincent de Beauvais.

*Medele autem cura est regni tunc languentis per Johannam inchoata atque procurata valitudo. Ad arces inivit, cum regem et primores regni in exordio sue legacionis accersivit : vel cum inter prelatos et doctores sapientia peditos longum ac districtum examen Pictavis subivit ; aut eciam cum Aurelianis, Parisiis et multas regni spectabiles civitates et munitiones, opida que forcia, viriliter ac intrepide aggressa fuit ; vel forte quando dominum regem cum proceribus regni ac exercitu multo Remis coronandum, per hostium enses, salubriter conduxit. *Anelitu suo*, id est, dure reprehensionis verbo, *fontes nocivos siccabit*, hoc est doli conspiratores et perfidos increpabit, suaque gracia et amicitia privabit. *Lacrimis miserandis ipsa manabit* ; quia regni calamitatem et Francorum miserata labores, jugiter deflebit, in pauperesque valde misericors, quinymo et in hostes humiliatos plurimum compatiens erit. *Glamore valido replebit insulam* ; quoniam strepitus victoriose ejus fame universam Anglorum gentem exterrebit (1), et in conspectu ejus prelia committere pavebit. *Interficiet vero eam cervus decem ramorum*, id est, adolescens Henricus in regnum Francie precipiti usurpacione insiliens eam interire faciet, tunc quidem existens etatis decem annorum. *Quatuor ipsorum ramorum dyademata aurea gestabunt* ; quia annis fere quatuor ab ortu ejus dem Henrici, in subjectos suos Anglici potestatis sue imperium cum justicia competenti dispensabunt ; sed tandem, omni justicia et populi libertate sprete, per residuum temporis prescripti, in cornua bubalorum vertentur, quia subditos suos effrenata crudelitate seu tyrannide persequentur. Ex cujus afflictionis extreme causa, *nephando sonitu*, id est, facinorum suorum relatu et nunciorum vice populi remurmurantis conclamantium strepitu, *insulas Britanie commovebunt*, hoc est justice omnino suppressæ cum tumultu remedia implorabunt. Quibus rebus in ea clade perdurantibus, idcirco *excitabitur Daneium*, id est, Normanum, quia a Danis processit sic proprie dictum ; *Daneium dico nemus*, hoc est promiscuum Normanie vulgus ; *excitabitur*, quia in eadem terra, hinc inde suscitata rebellione, ad ulcionem injurie armabitur. *In humanamque vocem erumpens clamabit* ; quia indita sibi humanitate et totis animi precordiis ad naturalem suum principem adspirabit, dicens : *Accede, Kambria*, id est, Francie corona, a Sicambria civitate antiqua Pannonie, unde Franci provenere, sic dicta (2) . Nam et Clodoveo prothochristiano regi baptismum suscipienti ait Remigius : « Depone mitis colla Sicamber (3) ». *Accede*, inquam, que longe a nobis et diucius quasi proscripta secessisti, *et junge lateri tuo Cornubiam*, id est, Angliam, ut a parte una totum denominetur. *Junge quidem lateri tuo*, quoniam omnium nostrum votiva est fiducia, te felicium victoriarum successu tuo imperio Angliam inde conjungere posse.*

In multis equidem per ingenia clariora, scio, posset et alius forsitan convenientior de dicta prophæcia elici intellectus ; sed in talibus satis permittitur, ut unusquisque in suo sensu habundet. Verumptamen omnia que exponendo premisimus, infallibili successu nostris diebus contigisse videmus.

(1) Lan. : exercebit.

(2) Bréhal a sans doute puisé cette assertion dans la Chronique de Sigebert, moine de Gembloux. Migne : P. L. tom. CLX, col. 59.

(3) Cf. S. Gregorii, episcopi Turonensis, *hist. Franc.* lib. II, cap. XXXI, Migne : P. L. tom. LXXI, col. 227.

Reperitur et alia quedam prophæcia, de qua superius in primo articulo meminimus, in qua sic habetur : « O insigne liliun. roratum principibus, agris pluribus a satore in virgulto delectabili insitum, immortale floribus rosis mire redolentibusque vallatum ! Stupescat liliun, contremiscat virgultum. Nam diversa brutalia, advena alitaque in predicto virgulto, cornua cornibus adherendo, quasi penitus suffocabunt, et quasi marcescens rore privato, anguste et paulisper radices pene evellendo, aspidis anelitis vastare putabunt. Sed a puella, oriunda unde primum brutale venenum effusum est, antecedenteque aurem retro dextram modico signo coccineo, remisse fabulante, collo modico, a virgulto triste exulabunt. Fontes irriguos dicto lilio adunando (1), serpentem extra pellendo venenumque cuilibet notificando, licolam Karolum, filium Karoli nuncupatum, laurea Remis non manu mortali facta fauste laureabit. Subdent se circiter fines turbidi, fontes tremebunt, clamescet populus : Vivat liliun, fugiat brutum, pullulet virgultum ! Ascendet ad campum insule, classem classibus applicando, et ibidem plurima bruta jam clade peribunt. Multorum tunc pax efficietur, multorum claves ultro suum opificem recognoscent. Cives civitatis inclite clade perjuri perimentur, singultus plurimos in se memorando, et muri plurimi ruent intrando. Tunc erit lili virgultum sicut brutis aliquo modo, et sic florebit tempore longo ».

Continet siquidem hoc vaticinium laudem multam quo ad arma et coronam Francie, intellectam per *liliun* a satore celesti divinitus transmissum. Commendatur preterea regnum ipsum, quod per *virgultum* innuitur, et hoc maxime quantum ad principes, prelatos et sapientes, quibus regnum noscitur insignitum. Subdit denique preteritam regni concussionem ac ipsius pene totalem destructionem, partim per advenas brutos, id est, Anglicos, partim eciam per nonnullos domesticos et ibidem nutritos, ad invicem tamen in exercitio crudelitatis conjunctos, actam et procuratam ; adeo ut universum regnum longa afflictione detentum, principibus pene omnibus nunc captis nunc cesis, successive desolaretur, seu eciam serpentinis infectum conjurationibus, quasi *rore privato*, id est, innata sibi fidelitate *marcescens*, vastatum omnino putaretur. Proinde ortum puelle introducit, miro scemate verborum illum describens : *unde*, ait, *primum brutale venenum effusum est*. Hoc autem pro modulo [ f° clxxxv r° ] superius exposuimus, ubi de loco originis Johanne agebatur ; sed tamen ut ibi, cum hec designacio ambigua videatur, clariori intelligencie relinquimus. Traduntur insuper quedam signacula ipsius Johanne (2) et quorundam characterum suorum expresse discretiva, videlicet : tabes rubea retro aurem dextram ; secundum est mollis seu remissa loquela ; tertium vero colli brevitatis. Innuitur postea Anglicorum fuga et excidium, quorundamque principum initas [ fuisse ] cum rege validas confederaciones (3) innovataque pacta ; ex quibus subdole conspiraciones multorum perfidorum pa-

(1) Lan. . administrando.

(2) Quelle que soit la valeur plus ou moins problématique de cette prophétie, dont nous ne connaissons ni la source à laquelle on l'a puisée, ni la personne de son auteur, Engélide, fille d'un roi de Hongrie, il faut retenir les particularités caractéristiques signalées ici pour le portrait de Jeanne d'Arc. Ces détails avaient frappé les contemporains par leur vérité, et, grâce à la *Recollectio* de Bréhal, nous savons que la Pucelle avait « un mol et doux parler », que son cou était court, et qu'elle portait en arrière de l'oreille droite une petite tache de couleur écarlate.

(3) Afin que la phrase fût suffisamment correcte, il était nécessaire de suppléer l'infinif omis

teferi vise sunt. Exprimit tandem multum clare domini regis coronacionem, ac nonnullorum ab ante anglicis subjectorum liberam spontaneamque dedicionem. Necnon et subsecutam ex hiis describit communem populi leticiam, pacem ac serenitatem. Parisiensium denique, ob parjurii crimen, prodit interempcionem et offense attricionem. Ad extremum autem concludit futuram regni ab hostibus puritatem atque diuturnam pacis subsequentem tranquillitatem.

In hac enim propheta sunt multa satis obscura, quedam vero multum aperta et expressa. Aliqua vero michi videntur transposita et non simpliciter secundum ordinem harum rerum et prout successerunt collocata; quod etiam apud prophetas Dei frequenter contigit, et salvatur per figuram quam hysteron protheron grammatici dicunt (1). Et quia forte apud multos parum authentica videretur, ideo ejus declaracioni minus insistendum placuit. Libenter tamen hic apposita est, quoniam, secundum poetam, etsi non prosint singula, multa tamen juvant (2). Et est enim hec presens questio de facto; ideo ab omni circumstantia, secundum rei exigenciam, potest sumi argumentum. Et etiam non facile debent ista contempni (3), maxime ubi fidei catholice aut bonis honestisque moribus nichil repugnans invenitur. Nam, ut dicitur (*Johannis* tercio): « Spiritus ubi vult spirat »; et super illo verbo Pauli (*ad Thessal.* v<sup>o</sup>): « Prophecias nolite spernere », ait quedam *glosa*: « Deus qui os asine aperuit, sepe revelat minoribus quod melius est » (4). Ista ergo sufficiant de presenti articulo.

par le greffier; nous avons donc introduit le mot *fuisse* entre crochets. M. Lanéry d'Arc a transcrit autrement: quorumdamque principum initae cum rege validae confoederationes. Mais le manuscrit porte bien: *initas* et *validas*. D'ailleurs cette leçon ne s'accorde pas avec le verbe qui est au singulier: *immittit*.

(1) L: ὑστερον πρότερον. Le manuscrit n'a pas de lettres grecques. Suivant l'usage du greffier, le *th* est employé pour un *t* simple.

L'hystérogie, ou histéroproton, comme l'appellent encore les grammairiens, consiste à intervertir l'ordre réel des faits, en donnant la première place au détail ou à la circonstance qui devrait être énumérée ultérieurement. Cf. B. Jullien: *Cours supérieur de grammaire*; 2<sup>e</sup> partie, table alphabétique des mots employés par les grammairiens, rhéteurs ou métriciens; p. 231.

(2) Le poète, dont Bréhal parle sans le désigner davantage, n'est autre qu'Ovide. On trouve en effet le vers suivant dans les *Remedia amoris* (v. 420):

Sed, quae non prosunt singula, multa juvant.

Tel qu'il est allégué dans la *Recollectio*, il était difficile d'y reconnaître un pentamètre et la facture ovidienne. Nous inclinons à penser que l'inquisiteur aura tiré cette citation peu littérale de quelque ouvrage de jurisprudence, semblable aux gloses dont Étienne Aufreri, président de la chambre des enquêtes au Parlement de Toulouse, avait au XV<sup>e</sup> siècle surchargé le texte du *Stilus Parlamenti* de Guillaume du Breuil, publié par le célèbre Dumoulin. Ces sortes de manuels renfermaient confusément, outre d'innombrables renvois au droit civil et ecclésiastique, des aphorismes plus ou moins défigurés qu'on avait extraits des auteurs latins, Stace, Ovide, Cicéron, Quintilien, Térence, Martial, etc.

(3) Lan.: et etiam non facile dentur ista contemptui.

(4) Cette glose a pour auteur Haymon, évêque d'Halberstadt; on la trouve dans son *Expositio* in Epist. I ad Thessal. cap. v, vers. 20. Au lieu de *minoribus*, il dit: *juniori*. Migne; P. L. tom. cxvii, col. 776.

## SEPTIMUM CAPITULUM.

*Quod Johanna multa verba temeritatis et jactancie videtur protulisse, et quedam periculosa in fide asseruisse.*

Quia enim in processu videtur Johanna in quibusdam dictis suis, tamquam ex eis etiam in fide reprehensibilis esset, calumpniari, ideo adducenda sunt ea verba precipue, in quibus culpabilis ex processu estimatur.

In primis est illud quod dixit, videlicet: quod certa erat voces sibi apparentes venire a Deo et ex Dei ordinacione, et, ut asseruit, ita firmiter credebat sicut credebat fidem christianam et quod Dominus noster Jhesus Christus passus sit in cruce pro redempcione nostra (1). (Et istud verbum habetur in processu, fol. xvij<sup>o</sup>, E).

Sed ad istud jam in parte responsum est. Constat enim quod eidem lumini, divine videlicet inspiracionis, innititur fides catholica et revelacio prophetica: super enim veritate immobili utrumque fundatur. Si enim revelacionem habens, ut tradit sanctus Doctor (2), certitudinem non haberet quod illa sunt sibi divinitus revelata, jam fides catholica, que ex revelacione procedit, omnino incerta esset.

Hec autem certitudo revelacionis in duobus maxime, tamquam signis manifestis, ostenditur: videlicet in prompta executione facti et intrepida pronunciacione verbi. Quorum primum patuit in Abraham, qui in visione prophetica ammonitus prompte disposuit se ad ymolandum filium, (ut legitur *Genesis* xxij<sup>o</sup>). Aliud vero patet in Jeremia, quem cum apprehendissent sacerdotes et pseudoprophete atque omnis populus dicentes: « Morte moriatur »; ipse paulo post propheta ait: « In veritate misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hec »; (*Jeremie* xxvj<sup>o</sup>), ubi *glosa*: « Si quando pro necessitate nobis humilitate opus est, sic tamen illam assumamus ne veritatem et constanciam deseramus » (3).

Non obstante autem mira simplicitate, Johanna egit tamen efficaciter et prompte quod divino imperio jussum et commissum illi fuerat, ut patuit manifeste in levacione obsidionis coram Aurelianis et Domini nostri regis felici et prospera coronacione Remis; in quibus potissimum duobus credo sue legacionis fines, et maxime, constitutas fuisse, quoniam circa hec duo presertim, ubi de suo mirabili adventu hinc inde et diversimode interrogatur, univversa tendunt responsa; que tamen ambo per ipsam miro modo operantem feliciter et perfecte completa sunt.

(1) Cf. *Summarium*, art. 1.

(2) C'est la doctrine déjà proposée, vers la fin du second chapitre. — Cf. S. Th. 2. 2. q. CLXXI, art. 5, in corp.; *Opera omnia* . . . tom. XXI, p. 302, col. 2.

(3) Cette glose est de Raban Maur (*Expositio super Jeremiam* lib. x, cap. XXVI). Migne: P. L. tom. cxi, col. 1005.



Que autem proinde gessit, quasi supererogata michi viderentur, nisi ex suis dictis constaret quia et postmodum jugiter suarum vocum consolaciones habuit. Et ad hoc veniunt ea que captiva in iudicio existens, non tam mirabiliter quam perseveranter et constanter, plurima etiam ventura cum certa (1) temporis designatione predixit; de quibus superius late satis discussum est.

Sed quod procul dubio, ut de Jeremia nunc dictum est, expressum signum sit de veritate revelacionis divine, dum scilicet constanter et intrepide annunciat, plane innuit Quintilianus, (libro viij<sup>o</sup> de oratoria institutione), inquiens: « Prodit se quantumlibet custodita simulacio, nec umquam tanta est loquendi facultas, que non titubet et hercat quociens ab animo verba dissentiant » (2).

Possent etiam et faciliter responderi de illo adverbio *sicut* (3), quod est nota similitudinis, non ydentitatis seu adequacionis. Unde sufficit in predicto verbo Johanne, quod sit utrobique qualiscumque similitudo cum certitudine, quamvis non fuerit aut sit in utroque similitudine equalis credulitas vel adhesio. Nam multa talia legimus, ut est illud in symbolo Athanasii: « Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus » (4). Tamen manifestum est quod utrobique magna interjacet distancia, cum Christo sit in duabus naturis sola unitas suppositi vel persone, in homine vero (5). Ad idem, prout Leo papa testatur, apostolus Petrus de Symone mago ait: « Sicut in Christo due sunt substantie, scilicet Dei et hominis, ita in Symone isto sunt due substantie, scilicet hominis et dyaboli » (6). Similiter et Aymo, (super epistolam ad Thessalonicenses), ait: « Sicut in Christo omnis plenitudo divinitatis habitavit, ita in antichristo plenitudo omnis malicie et iniquitatis habitabit; quia in ipso erit caput omnium malorum dyabolus » (7). Certum

(1) Lan.: plurima etiam ventura cuncta temporis designatione.

(2) La référence est fautive; le passage est emprunté au livre XII *De oratoria institutione*, 4. 20, où on lit: « Prodit enim se, quantumlibet custodiatur, simulatio, nec unquam tanta fuerit loquendi facultas, ut non titubet atque haereat, quotiens ab animo verba dissentiant ». *Opp.*... tom. II, p. 321.

(3) Il s'agit de la locution employée par la Pucelle, ainsi qu'il a été dit plus haut: *sicut* credebatur...

(4) Le symbole, connu sous le nom de S. Athanase, n'est pas l'œuvre de ce saint Docteur de l'Église grecque. Il a probablement été écrit en latin, mais les critiques sont partagés sur le nom de l'auteur. — Cf. *Diatriba in Symbolum Quicumque*, à la fin des œuvres de S. Athanase. Migne: P. Gr. tom. xxviii, col. 1557. — Le verset du symbole cité tout à l'heure se trouve: *ibid.* col. 1583.

(5) La phrase est incomplète, soit que le greffier ait omis le reste par distraction, soit que Bréhal lui-même ait oublié de la compléter. En tout cas, il est aisé de terminer l'exemple allégué: il suffit d'ajouter après: *in homine vero*, ce que dit S. Thomas, 3. q. II, art. 1, ad 2<sup>m</sup> (*Opera omnia*... tom. xxii, p. 5, col. 1): « ex anima et corpore constituitur duplex unitas, naturae et personae ».

(6) Tous nos efforts ont été vains pour retrouver cette parole de S. Pierre dans les œuvres du pape S. Léon le Grand: nous ne l'avons rencontrée ni dans les homélies qui concernent le prince des Apôtres, ni dans les lettres assez nombreuses que S. Léon écrivit à l'occasion des hérésies d'Eutychès et de Nestorius, lettres dont le sujet et l'exposition doctrinale pouvaient amener l'exemple des deux substances.

(7) Voici le texte complet d'Aimon, évêque d'Alberstadt: « Sicut in Christo omnis plenitudo di-

est autem quod in hiis magna distancia est; multaque talia in Scripturis etiam divinis reperuntur, que quidem ad sanum intellectum trahere oportet. Et ad idem quedam exempla habentur, et ad predictum sensum exponuntur, in capitulo « Dampnamus », circa finem, *De summa Trinitate* (1). Et quidem plurimum refert inter similitudinem et ydentitatem, ut bene innuit Anselmus (in libro de similitudinibus) (2): nam et communiter dici solet quod similitudines semper uno pede claudicant.

Rursus, potest accipi ex dictis ejusmet alia hujusmodi responsio. Nam frequenter allegavit se ideo esse certam de bonitate illarum vocum propter bonam doctrinam et bonam confortacionem quam sibi dabant; quod quidem sufficiens est ad prebendum certitudinem. Nam, (super illo verbo 2<sup>o</sup> ad Corinthios xj<sup>o</sup>, « Sathanas se transfiguratur », etc.) ait *glosa* quod dyabolus semper ad mala sua intendit ducere (3). De istis nempe satis superius dictum est.

Aliud autem verbum, in quo Johanna calumpniatur, est quia dicebat se adeo firmiter credere quod salvaretur in paradiso, ac si jam esset ibi (4). Ad istud dicitur quod fundatur in promissione facta ei per spiritus ei apparentes, qui sibi dicebant: « Accipias totum gratanter, non cures de martirio tuo, tu venies finaliter in regnum paradisi »; et hoc dicebant ei simpliciter et absolute, hoc est sine defectu. (Ista patent in processu condemnationis, fol. xxxvii<sup>o</sup>, A).

Certitudo enim, secundum Doctorem sanctum, nichil aliud est quam determinacio intellectus ad unum. Et tanto major est certitudo, quanto forcius est illud quod certitudinem causat (5). Spiritibus ergo illis omnino credere debuit, ut vult Augustinus, (super illo verbo: « Timuit Jacob valde », etc.: *Genes.* xxxij<sup>o</sup>) (5). Et Chrysostomus: « Quandocumque

vinitatis requievit, ita in illo homine, qui Antichristus appellatur eo quod sit contrarius Christo, plenitudo malitiae et omnis iniquitatis habitabit, quia in ipso erit caput omnium malorum dyabolus, qui est rex super omnes filios superbiae ». : *Expositio in Epist. II ad Thessal.* cap. II). Migne: P. L. tom. cxvii, col. 780.

(1) Deux exemples empruntés au Nouveau Testament (*Joann.* xvii, 41, 21 et 22; *Matth.* v, 48) sont allégués et expliqués vers la fin du chapitre « Dampnamus », qui est le second du premier titre, au premier livre des *Décretales*; pp. 11-14.

(2) Le traité *De sancti Anselmi similitudinibus*, auquel Bréhal renvoie, est l'œuvre d'Earlmer, moine de Cantorbéry, disciple et ami du saint archevêque. Il est inséré dans Migne: P. L. tom. clxix, col. 605.

(3) La glose sur le verset 14 du chapitre xi de la seconde *Épître aux Corinthiens* a été probablement empruntée à S. Augustin, qui s'exprime ainsi (*Enchiridii*, cap. 60, n. 16): « Cum vero per haec aliena ad sua incipit ducere, tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna et necessaria vigilantia est ». Migne: P. L. tom. xl, col. 260. — S. Thomas parle également de ce passage, dans sa réponse ad 3<sup>m</sup> (2. 2, q. x, art. 2): « Si aliquis satanae adhaereret, cum incipit ad sua ducere, id est ad mala et falsa, tunc non caret peccato ». *Opera omnia*... tom. xxi, p. 20, col. 2.

(4) Cf. *Summarium*, art. II.

(5) Les deux phrases précédentes sont de S. Thomas: in 3<sup>m</sup> *Sentent.* dist. xxiii, q. 2. art. 2, quaestiuncula 3, in corp. — *Opera omnia*... tom. i, p. 250, col. 2.

(6) Les trois textes de S. Augustin, de S. Jean Chrysostôme, et du Vénérable Bède ont déjà été allégués vers la fin du second chapitre de la *Recollectio*.

enim Deus aliquid indicat, oportet in fide suscipere; nam super hujusmodi disceptare contumacis est anime». Item Beda: «Cum angelus promittit, jam dubitare non licet».

Idcirco hec firmitas credendi in Johanna nichil aliud erat quam certitudo spei; que siquidem virtus, (ut tercio scripto ait sanctus Doctor) (1), quantum in se est, inclinatur infallibiliter et ducit in vitam eternam. Sicut namque fides innititur veritati prime, que non potest decipere, ita spes ex gracia et meritis proveniens innititur largitati summe, que non potest deficere. Unde etiam, quantum ad inclinationem habitus, magna est spei certitudo in habentem spei caritate formatam. Est enim, ut idem doctor ait, quasi certitudo nature, que nunquam deficit nisi per accidens (2). Unde, (super illo verbo *psalmi*: «Singulariter in spe constituisti me»), dicit *glosa*: «id est, in una spe qua singulariter unum et verum bonum speratur, non multiplicitate hujus seculi, et profecto erit quod speratur» (3). Nam et Paulus, (*ad Romanos viij<sup>o</sup>*), dicit: «Spe enim, *glosa*: id est, certa; salvi facti sumus» (4). Et ad hoc facit quod ipsa Johanna sepe dixit, videlicet quod non requisivit aliud premium a vocibus suis nisi salutacionem anime sue (5).

Est et alia responsio valde efficax ad hoc ex ejus verbis collecta: quia dixit quod certitudinem illam intelligebat, dummodo bene custodiret illud quod promiserat Deo, videlicet quod servaret virginitatem tam anime quam corporis (6). Per quam intelligitur plena et perfecta non solum illiciti actus, sed et cujuslibet inordinati consensus resecacio, (juxta illud secunde *ad Corinthios xj<sup>o</sup>*): «Despondi enim vos viro virginem castam»; ubi *glosa*: «non

(1) L'espérance est une vertu théologique; son objet propre et principal est Dieu lui-même considéré comme la cause efficiente et finale de l'éternelle béatitude. Elle s'appuie sur la toute puissante libéralité, dont elle attend la grâce et les mérites en ce monde, et la jouissance du souverain bien dans l'autre. A ce titre, elle est certaine comme la foi; car, de même que la foi est basée sur la vérité première qui ne peut nous tromper, ainsi l'espérance repose, non pas sur notre volonté sujette à défaillir, mais sur l'aide indéfectible de Celui qui peut et veut nous sauver. Lors donc que l'espérance est vivifiée par la charité, elle donne à l'homme, autant que cela dépend d'elle, une inclination infaillible à la vie éternelle et l'assurance de n'en être pas frustré. Sous ce rapport, et à ce point de vue objectif, elle ressemble à la certitude physique qui ne se trouve jamais en défaut, si ce n'est tout à fait accidentellement. — Cf. S. Th. 2. 2, q. xviii, art. 4 in corp. et ad 2<sup>m</sup>; *Opera omnia* . . . tom. xxi, p. 35, col. 1.

(2) La doctrine exposée dans tout ce paragraphe est empruntée en somme au commentaire de S. Thomas (in 3<sup>m</sup> *Sentent.* dist. xxvi, q. 2, art. 4 *Opera omnia* . . . tom. ix, p. 290, col. 2.

(3) La *glose ordinaire* de Walafrid Strabon sur le verset 9 du *Psaume* iv a fourni les éléments de l'allégation de Bréhal: «Ego autem in pace mentis dormiam, hic oblitus mundi, et requiescam in futura; quia jam in una spe, non in multiplicitate seculi. In pace dormiam et requiescam. Ab omnibus seculi cum mortale hoc induet immortalitatem; et hoc vere erit, quia jam est spes, et hoc est: Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me, et profecto erit quod speratur». Migne: P. L. tom. cxiii, col. 859.

(4) La *glose interlinéaire* d'une Bible incunable dit sur le verset 24 du chap. viii (*ad Rom.*): «Nam certi sumus, quasi jam salvi sumus».

(5) Le mot «salutacionem» est probablement un *lapsus calami*, au lieu de «salvacionem». — Cf. *Summarium*, art. I.

(6) Cf. *Summarium*, art. II.

solum integritate corporis que paucorum est, sed incorrupta fide mentis que est omnium fidelium» (1). Virginem, inquam, quia sine corruptione mali operis et sine pravitate erroris; castam vero, quia sine estu male voluntatis. Unde et Augustinus, (*libro de sancta virginitate*): «Servatur in fide inviolata quedam castitas virginalis, qua Ecclesia uni viro virgo coaptatur» (2). Et ita premissum verbum in nullo prejudicat.

Item semel dixit quod noverat unum Burgundum, cui voluisset caput esse truncatum (3); quod quidem verbum videtur crudelitatem sonare, et contra caritatem esse. Ad quod dicitur, quod ipsa omnem in isto culpe notam abstulit, dum subdens ait: «Si tamen placuisset Deo». Nam et Judith de Oloferne dixit: «Fac, Domine, ut gladio suo proprio superbia amputetur». Ubi *glosa*: «Non hoc dicit delectacione penae, sed amore justicie, sicut prophete qui, quod in spiritu justo judicio vident futurum, in eodem spiritu predicunt faciendum, ymo per eos ipse predicat qui per eos revelat atque facit; quale est illud: «Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, etc.»; et illud Pauli ad principem sacerdotum: «Percuciet te Deus, paries dealbate» (*Actuum xxij<sup>o</sup>*) (4).

Est et illud in quo mirabiliter vexatur, videlicet de eo quod refert unum angelum de alto venisse; qui, dum pro tunc cum rex esset in castro de Chygnon, intravit per hostium cameram domini regis, et Johanna erat cum eo; gradiebaturque idem angelus super terram, et ambulabat cundo ab hostio camere; et cum pervenisset ad regem, fecit ei dictus angelus reverenciam inclinando se coram eo, et reduxit ei ad memoriam paciencia magnam quam habuerat in suis tribulacionibus; tradiditque ei quoddam signum opulentissimum, presentibus et hoc ipsum videntibus multis principibus ac prelatibus ipsius regni, qui etiam angelum prestitum signum tradentem viderunt; et ille angelus erat bene associatus aliis angelis, quorum aliqui habebant alas, aliqui erant coronati et alii non, et etiam in illa societate erant sancte Katherina et Margareta (5). Hec est summa ipsius assercionis, que apud quosdam

(1) Dans le texte de S. Paul (*II Cor.* xi, 2), le greffier a omis un mot; il faut lire: Despondi enim vos uni viro. — La *glose* est de Walafrid Strabon, dont voici le passage complet: «Virginitas carnis, corpus est intactum: haec virginitas paucorum est. Virginitas cordis fides est incorrupta: haec est omnium fidelium». Migne: P. L. tom. cxiv, col. 566.

(2) M. Lanéry d'Arc a lu: immolata quaedam castitas. — Le manuscrit porte cependant: *inviolata*. C'est également la leçon des imprimés. Voir S. Augustin: *lib. de sancta virginitate*, cap. XLVIII, n. 48). Migne) P. L. tom. xl, col. 425.

(3) «... Respondit quod ipsa nesciebat, in illa villa, nisi unicum Burgundum, quem voluisset habere caput abscisum, tamen si placuisset Deo». Quich. tom. I, p. 262.

(4) La Vulgate (*Judith* ix, 12) lit: «Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia amputetur». Toute la fin du paragraphe est empruntée à nous ne savons quel auteur; mais la *glose marginale* d'une Bible incunable est tout à fait conforme à la citation de Bréhal, hormis une légère variante. On la retrouve aussi à peu près identique dans l'Appendice de Jacques Pamelius à l'*Exposition du livre de Judith* par Raban Maur. Voir Migne: P. L. tom. cix, col. 620. — Le texte du psalmiste est le verset 23 du *psaume* LXVIII. — Celui des *Actes* est le verset 3 du chap. XXIII.

(5) L'article LI des griefs, articulés contre Jeanne par le promoteur, et exposés à l'audience du 28 mars par Thomas de Gourcelles, renferme le résumé de ces allégations. Voir Quicherat: *Pro-*

multum absurda, et angelice proprietati atque dignitati absona, reputata fuit. Sed, si diligenter consideretur, et alia quedam, ut dignum est, adjungantur, que ad illius explanationem faciunt, nichil profecto reperietur absurditatem aut eciam falsitatem continens.

Notum est enim quod istud concernebat misterium grande, ad dominum regem Francie et totius regni salutem directe pertinens. Unde inter adversarios Johanna hostiliter captivata ex industria et prudencia quedam super hac interrogacione respondit, que ad terrorem inimicorum facerent, ut est quod illud signum fuit quod angelus certificavit regem, apportando ei coronam et dicendo quod ipse haberet totum regnum Francie integre cum auxilio Dei, mediante labore ipsius Johanne (1). (Hoc habetur fol. lxxvii<sup>o</sup>). Et multa similia eis dixit.

Alia vero caute subticuit, vel, que de hoc quoquo modo enunciavit, sub occulto verborum scemate et quasi parabolice fuit. Unde et jurando semper protestata est, quod de illis que ibant ad dominum regem possent illi multa petere, de quibus ipsa non respondit eis veritatem (2). Quod quidem ei licitum fuit triplici ratione.

Primo, quia res de se erat propter sui magnitudinem non plene seu aperte revelabilis. Etenim sacramentum regis bonum est abscondere (3), (ut habetur *Thobie* xij<sup>o</sup>). Secundo, ne perjurium incurreret: promiserat enim, ut sepius asseruit, se numquam dicturam secreta que ad dominum regem ibant (4). Tercio, quia sicut non licet mentiri seu pejerare, ita licet, caute respondendo, veritatem tacendo fingere, sicut fecit Abraham coram Pharaone (*Gen.* xij<sup>o</sup>; et allegatur in capitulo « Queritur » § « Ecce », xxij, q. ij) (5).

Sic enim quandoque prophete et sancti Dei viri frequenter sunt locuti; neque tamen in hoc propterea fuerunt mentiti. Ait enim beatus Augustinus, (in libro *de questionibus evangelii*): « Non enim omne quod fingimus mendacium est, sed quando id fingimus quod ni-

cis... tom. I, pp. 282-283. — On les retrouve éparées dans divers interrogatoires; mais elles sont presque toutes réunies dans l'interrogatoire du 13 mars. (Quich. tom. I, pp. 139-146).

(1) « Item, dit que le signe, ce fut que l'angle certiffioit à son roy en luy apportant la couronne, et luy disant que il auroit tout le royaume de France entièrement à l'aide de Dieu, et moyennant son labour... » Quich. tom. I, p. 139.

(2) Le sens de la phrase semblerait exiger: *de quibus ipsa non responderet eis veritatem*; mais le manuscrit ne permet pas cette leçon. — Lorsque Jeanne fut requise de prêter serment qu'elle dirait la vérité, à sa première comparution devant le tribunal, elle fit ses réserves au sujet de tout ce qui concernait le roi et assura qu'elle ne révélerait rien de tout cela: « nec etiam revelaret si deberet eidem caput amputari ». Quich. tom. I, p. 45. — Et à l'audience du 22 février, elle dit encore: « Vos bene possetis mihi talem rem petere, de qua ego responderem vobis veritatem, et de alia non responderem ». Quich. tom. I, pp. 50-51. — Voir aussi *ibid.* p. 61.

(3) On lit dans la Vulgate: « Sacramentum regis abscondere bonum est » (*Tob.* xxii, 7).

(4) « Forsan vos possetis me compellere ad dicendum talem rem, quam ego juravi non dicere, et ita essem perjura, quod velle non deberetis » Quich. tom. I, p. 60.

(5) Le canon « Queritur » est le vingt deuxième de la question seconde, cause xxii, au 2<sup>e</sup> livre du *Décret* de Gratien. Diverses éditions indiquent que ce canon est extrait des questions de S. Augustin sur la Genèse; mais (lib. I *quaest. in Heptateuchum*, q. xxvi; Migne: P. L. tom. xxxiv, col. 554-555) l'évêque d'Hippone renvoie à son livre xxii *contra Faustum*, cap. 33 et 34, où il a traité ce sujet, et qu'il termine par ces mots: « Tacuit aliquid veri, non dixit aliquid falsi ». Migne: P. L. tom. XLII, col. 421-422.

chil significat, mendacium est (1). Cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia, que a sapientibus et viris sanctis vel eciam ab ipso Domino nostro figurate dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum usitatum intellectum non subsistit veritas talibus dictis (2); sicut est parabola de filio prodigo, que sic facta refertur ad rem quandam significandam. « Fictio ergo que ad aliquam veritatem refertur, figura est: que autem non refertur, mendacium est ». Et beatus Thomas, (secundo *Sententiarum* dist. viij art. tercio), dicit quod in methaphoricis locucionibus non est falsitas, eo quod non proferuntur ad significandas res quibus nomina sunt imposita, sed magis illas in quibus dictarum rerum similitudines inveniuntur (3). Nam et jure aliqua finguntur; (ut capitulo « Accusatus », *De hereticis*, lib. vj<sup>o</sup>; et l. dist. c. « Ferrum », cum ibi notatis) (4). Christus eciam finxit se longius ire, (*Luce* ultimo); et Judith universa verba que ad Olofernem dixit, (*Judith* xj<sup>o</sup>), sunt penitus ficta, ut patet intuitu. Ymo eciam et yronice quandoque sancti prophete loquuntur, ut Micheas quando ad regem Israel dixit: « Ascendite, cuncta enim prospere evenient »; (tercii *Regum* ultimo, et 2<sup>o</sup> *Paralipom.* xvij<sup>o</sup>). Fictio ergo que in malum sonat proprie est, cum quis unum dicit et aliud in mente sentit ac exterius agit, (ut innuitur in *glosa Sapiencie* primo: « Spiritus discipline effugiet fictum ») (5). Et in hoc sensu loquuntur jura, (ut capitulo [f<sup>o</sup> clxxxvj r<sup>o</sup>] « Zizania », prima, q. prima; et capitulo « Salvator », q. iij; ac capitulo « Ostenditur », dist. iij. *de consecracione*) (6).

(1) Sauf l'adverbe *tunc* que les imprimés portent avant les deux derniers mots, et qui est omis ici, la citation est fidèle. S. Aug. (lib. II *Questionum Evangeliorum*, q. 51). Migne: P. L. tom. xxxv col. 1362.

(2) Le texte de S. Augustin se continue jusqu'ici. Ce qui est dit comme exemple sur la parabole de l'enfant prodigue est un simple résumé fait par Bréhal. La phrase suivante: *Fictio ergo...* etc. est de nouveau empruntée à l'endroit cité, mais un peu plus loin.

(3) Citation presque littérale de S. Thomas (in 2<sup>o</sup> *Sentent.* dist. viii, q. I, art. 3, ad 4<sup>m</sup>) *Opera omnia*... tom. viii, p. 89, col. 1. — L'abréviation *metha* doit manifestement se traduire: *metaphoricis*. Lire avec M. Lanéry d'Arc: *metaphysicis* serait un contresens.

(4) Dans le chapitre « Accusatus », qui est le huitième du second titre (*De hereticis*), au cinquième livre du *Scrite* de Boniface VIII (p. 620), il est question de divers cas où il y a fiction de droit.

Il en est de même dans le canon « Ferrum », qui est le dix-huitième de la cinquantième distinction, dans la première partie du *Décret* de Gratien (p. 335). La glose marginale cite également plusieurs exemples, auxquels Bréhal fait allusion quand il ajoute: *cum ibidem notatis*.

(5) La glose interlinéaire d'une Bible incunable (*Sap.* I, 5) dit: « id est, qui aliud dicit, et aliud facit ».

(6) Il n'existe dans le *Décret* de Gratien aucun canon, qui commence par le mot « Zizania ». Peut-être le greffier devait-il écrire: *Symonia*, car la première question de la cause première, et même la cause tout entière, roule sur les ordinations simoniaques et sur les sacrements reçus avec des dispositions feintes; et il y est fait mention plusieurs fois du texte de la *Sagesse*: « Spiritus disciplinae effugiet fictum ». — Voir la seconde partie du *Décret*, cause I; (pp. 617-710).

Le canon « Salvator » est le huitième de la seconde question, cause I, dans la 2<sup>e</sup> partie du *Décret*; (pp. 723-725). Le greffier a écrit q. III.

Le canon « Ostenditur » appartient à la troisième partie du *Décret*; il est le trente-deuxième de

In premissis itaque, cum de regravissima ageretur et per inimicos regis capitales Johanna de revelando secreto in futurum regni detrimentum acerrime molestaretur, utique sagaciter egit parabolicis scematibus apud illos utendo, ut gentem eciam reprobe supersticioni intentam ejusque prestigiosam artem prudenti arte, et in eo casu licita ac expediendi, caute deluderet. Dicamus ergo quod ipsamet angelus fuit, sicut eciam et quodam loco se declarat. Nam angelus nomen est officii, secundum Gregorium (1), et nuncius angelus dicitur, (ut patet *Malachie* ij<sup>o</sup>, et *Mathei* xj<sup>o</sup>) (2). Et istud recte consonat dictis ejus de ascensu per gradus, de ambulatione per cameram, de inclinatione et reverencia domino regi facta; et si qua sunt similia. Quod autem de alto angelus venit, ipsa exponit se hoc intelligere, quod de precepto Dei angelus ille venit.

Neque enim absurdum aut superbum reputari debet, si se angelum de sua missione loquens nominavit. Equidem primo non absurdum: quia ipsius rei seu operis verus effectus secundum nominis proprietatem successit, ut patuit. Sed neque superbum putari debet: quia idem expresse legimus de Delbora, que in cantico suo angelum se nominavit, (ut in *Historia scolastica* magister refert) (3); eciam in *glosa*, (*Judicium* v<sup>o</sup>), ubi sic habetur: « Delbora se dixit angelum, id est, nuncium Domini ». Nam et Johanna, interrogata si per meritum suum ille angelus mittebatur, humiliter ac prudenter respondit dicens, quod veniebat pro magna re, scilicet pro dando succursum bonis gentibus de Aurelianis, et eciam pro meritis sui regis et boni ducis Aurelianensis; (fol. lxxvij<sup>o</sup>, F).

De signo vero illo seu corona, de qua sic moleste ipsa impeditur (4), ex ejusdem dictis aperte satis colligitur, quod nichil aliud per hoc intelligebat, nisi futuram domini regis coronacionem, quam fiducialiter illi predicebat atque promittebat. Dixit enim, de corona loquens, quod erat adeo preciosa et dives, quod non est aurifaber in mundo qui sciret eam facere, aut eciam homo vivens qui eam posset describere (5). Et consonat huic premissum dictum Engelide: « Laurea Remis non manu mortali facta fauste laureabit ». Preterea, ut dixit, si

la iv<sup>e</sup> distinction *De consecratione*; (p. 2449.) Le texte de la *Sagesse* y est aussi invoqué, à propos des dispositions feintes avec lesquelles on reçoit le baptême.

(1) S. Grégoire le Grand (hom. 34 in *Evangelia*, n. 8) dit en effet: « Sciendum quoque, quod angelorum vocabulum nomen est officii, non naturae. Nam sancti illi cœlestis patriae spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt; quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqua nuntiantur ». Migne: P. L. tom. LXXVI, col. 1250.

(2) L'écrivain sacré parlant du prêtre dit: « Angelus Domini exercituum est ». (*Malach.* II, 7). Et dans l'évangile de S. *Matthie* (XI, 10), Notre Seigneur dit que S. Jean est l'ange annoncé en ces termes par le prophète: « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam ».

(3) Il s'agit de maître Pierre Comestor (*hist. libri Judicium*, cap. v, 23.): « Sequitur: Maledicite terrae Meroz, dixit Angelus Domini. Meroz fuit unus de principibus Chanaan. Debbora vero seipsam dixit angelum Domini... » Migne: P. L. tom. CXCVIII, col. 1277. — La glose citée ensuite n'est pas celle de Strabon, et nous ne l'avons pas rencontrée dans les Bibles incunables.

(4) Il faudrait plutôt: *impeditur*; mais le manuscrit, ici et en plusieurs autres endroits, ne permet pas cette leçon.

(5) « Respond qu'elle a esté apportée de par Dieu; et qu'il n'a orfaivre eu monde qui la soeust faire si belle ou si riche ». (Quich. tom. I, p. 145).

gnificabat quod dominus rex teneret regnum suum. Fuit autem tradita ipsa corona archiepiscopo Remensi, qui eam recipiens tradidit domino regi, ipsa Johanna presente, fuitque reposita in thesauro ejusdem domini nostri regis. Et adjecit quod signum illud durabit usque ad mille annos et ultra (1). Ex quibus omnibus manifeste colligitur quod parabolice loquebatur, intelligens ista de coronacione domini regis, que brevi tempore post, largiente Deo, feliciter est subsecuta, includens multa que ad circumstantias ipsius coronacionis, ut inde contigit, attinebant.

Per assistenciam autem angelorum et sanctarum virginum Katherine et Margarite, nil aliud intelligendum puto, nisi speciale ad rem tam miraculosam procurandam atque perficiendam illorum suffragium; quamvis eciam non omnino diffitendum sit plures angelos et sanctos illi sacratissimo misterio, vidente Johanna, forsitan astitisse, cum utique ipsa sacrosancta unctio regum Francie a Deo celitus emissa comprobetur (2). Vel forte intellexit per illos angelos habentes alas et non habentes, coronatos et non coronatos, personas notabiles diversorum statuum, condicionum et locorum ibi in multitudine copiosa existentes, ut per alatos proprie et heraldos et precones, per non alatos vero quoslibet alios intelligamus, et similiter per coronatos prelatos et quoscumque ecclesiasticos accipiamus, exponendo eciam de dictis virginibus sanctis, prout modo dicebatur (3). Et ita hujus assercionis aliqua videntur esse referenda, quam Johanna exhibuit in spe, reliqua vero quando impleta sunt, in re et veritate. Credibile tamen est, quod nonnulla fuerunt in ipso puelle primario adventu hiis secretiora, et que ceteros omnes penitus latent, quorumque dumtaxat conscii fuerunt dominus noster rex et ipsa Johanna. De hiis namque divinare non possumus; sed neque profecto nostra interest de ipsis misteriis et occultis nimium sollicitos investigatores esse.

Denique imponitur Johanne se jactasse quod numquam fecit opera peccati mortalis. Sed istud plane falsum est. Nam interrogata capciose, utrum sciret se esse in gracia Dei, multum quidem catholice ac humiliter respondit, dicens: « Si ego non sim, Deus ponat me, et si ego sim, Deus teneat me in illa ». Asseruit tamen se nescire si esset in peccato mortali; verumptamen addidit quod esset plus dolens de mundo, si sciret se non esse [in] gracia Dei, Non denique putat se fecisse opera peccati mortalis; et: « Non placeat, inquit, Deo quod

(1) Respond, elle fut baillée à ung arcevesque, c'est assavoir celuy de Rains, comme il luy semble, en la présence du roy; et le dit arcevesque la receust et la bailla au roy; et estoit elle mesme présente; et est mise au trésor du roy ». (Quich. tom. I, p. 140).

« Interrogée se ledit signe dure encore: respond: « Il est bon à sçavoir. et qu'il durera jusques à mil ans et oultre ». (*ibid.* p. 120).

(2) Bréhal fait allusion à la Sainte-Ampoule miraculeusement apportée à S. Remy pour le sacre de Clovis, selon le récit de l'Archevêque de Reims Hincmar (*Vita S. Remigii*, cap. xxxviii): « Sanctificato autem fonte, nutu divino chrisma defuit. Et quia propter populi pressuram ulli non patebat egressus ecclesiae vel ingressus, sanctus pontifex oculis ac manibus protensis in cœlum cœpit tacite orare cum lacrymis. Et ecce subito columba nive candidior attulit in rostro ampullulam, chrismate sancto plenam, cujus odore mirifico super omnes odores, quos ante in baptiste, rio senserant, omnes qui aderant inaestimabili suavitate repleti sunt. Accipiente autem sancto pontifice illam ampullulam, species columbae disparuit. De quo chrismate fudit venerandus episcopus in frontem sacratam ». — Migne: P. L. tom. CXXV, col. 1160.

(3) Lan.: de dictis virginibus sicut prout modo dicebatur.

umquam fecerim aut faciam opera, per que anima mea sit onerata ». Credebat etiam quod nemo potest nimis mundare conscienciam suam, et quod, si esset in aliquo magno peccato, vox non veniret ad eam; videturque sibi quod, quando audit eam aut videt, non est in peccato mortali (1). Ista sunt que ad hoc respondit: que profecto quam sana sint et pia, nemo qui sane intelligit ignorat.

Demum est quoddam aliud ejus verbum, ubi post revocationem dixisse refertur quod se dampnaverit pro salvando vitam suam, consenciendo videlicet in eam grandem prodicionem, ut dixit, dum abjuracionem fecit (2). Istud enim sic acriter a quibusdam denotatur, ut ab eis mortiferum responsum dicatur. Sed sane accipiendo, nichil prejudicat, quoniam in primis forte dampnationem appellavit penam mortis, quam inde ex illa revocatione incurrit. Unde hic modus loquendi satis proprius est et usitatus, juxta illud (*Luce* xxij<sup>o</sup>): « In eadem dampnatione es »; *glosa*: « id est, pena ». Et (ejusdem xxiiij<sup>o</sup>) legitur de Christo: « Tradiderunt eum principes populi in dampnationem mortis » (3). Etiam beatus Jeronimus, de se ad Eustochium scribens, ait: « Ibi ergo qui me ita dampnaveram, etc. » (4); que siquidem dampnatio, secundum apostolum, (2<sup>o</sup> ad *Cor.* ij<sup>o</sup>), gloriam potius quam culpam vel ignominiam importat (5). Unde et Johanna caute videtur dicere quod se dampnaverit: non autem dixit quod animam suam dampnaverit.

Preterea, forte dampnationem vocat peccatum quod incurrere potuit, quia ex timore humano abjuracioni et revocationi se submisit. Et ad hoc plane facit illud quod postea subdit, videlicet quod sese dampnaret si diceret, quod non bene fecisset id quod fecit, vel quod Deus

(1) Tout le contenu de ce paragraphe est la reproduction fidèle des procès-verbaux: « Interrogata an sciat quod ipsa sit in gratia Dei: respondit: « Si ego non sim, Deus ponat me; et si ego sim, Deus me teneat in illa ». (Quich. tom. I, p. 65).

« Dicit quod si ipsa sit in peccato mortali, hoc nescit ». (Quich. tom. I, p. 90). — « Ego essem magis dolens de toto mundo, si ego scirem me non esse in gratia Dei ». (Quich. tom. I, p. 65).

« Respondit quod nescit si fuerit in peccato mortali, et non credit de hoc fecisse opera; « nec placeat, inquit, Deo quod ego unquam fuerim; nec etiam sibi placeat quod ego faciam opera aut fecerim, per quae anima mea sit onerata ». (Quich. tom. I, p. 90).

« Respond qu'elle ne savait point qu'elle ait péchié mortellement, mais s'elle estoit en péchié mortel, elle pense que sainte Katherine et sainte Marguerite la délesseroient tantost. Et croist... on ne savait trop nectoyer la conscience ». (Quich. tom. I, p. 157).

« Et ei videtur quod quando videt eum [S. Michel], non est in peccato mortali ». (Quich. tom. I, p. 89).

(2) Cf. *Summarium*, art. vi.

(3) Le premier des textes ici allégués est la parole que le bon larron sur la croix adresse à son compagnon de supplice (*Luc.* xxiii, 40). — Le mot explicatif est emprunté à une glose interlinéaire, peut-être à celle d'Anselme de Laon.

Le second texte est du même Évangéliste, (xxiv, 20).

(4) C'est le passage d'une lettre, où S. Jérôme décrit ses tentations dans le désert qu'il avait choisi pour y faire pénitence, (*Epist. ad Eustochium*, xxii, n. 7): « Ille igitur ego, qui ob gehennae metum, tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum... » Migne: P. L. tom. xxii, col. 398.

(5) S. Paul s'exprime ainsi (II *Cor.* iii, 9): « Si ministratio damnationis gloria est: multo ma-

eam non miserit (1). Hoc profecto nulla ex causa aut negare aut minus revocare debuit; quoniam, (ut ait sanctus Doctor *in questionibus de veritate*) (2), ad denunciacionem veritatis revelate requiritur audacia quedam, ut non terreatur quis loqui veritatem propter adversarios veritatis, secundum quod Dominus Ezechieli dicit, (tercio capitulo): « Dedi faciem tuam [f<sup>o</sup> clxxxvj v<sup>o</sup>] valenciorem faciebus eorum, et frontem tuam duriolem frontibus eorum ». Sequitur: « Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum » (3). Et (*Ecclesiastici* iij<sup>o</sup>): « Pro anima tua non confundaris dicere verum » (4). Et ex isto potuit peccare, quia quamvis quod naturale sit quod homo refugiat proprii corporis detrimentum, tamen quod propter illud recedat a justicia est contra rationem et veritatem; (ut patet per philosophum in tercio *Ethi-corum*: ) et, ut habetur in canone, (xxxij. q. v, in capitulo « Ita ne »), melius est omnem penam pati quam malo consentire (5). Unde etiam laudabile non est homines revereri aut timere, in quantum Deo contrariantur, secundum illud (*Ecclesiastici* xlviij<sup>o</sup>), ubi de Helya aut Helyseo dicitur: « In diebus suis non pertimuit principem »; *glosa*: « humano vel mundano timore » (6). Forte ergo non ex toto in hac parte potest excusari Johanna, sicut neque laboramus eam simpliciter ab omni culpa, sed potissimum crimine de quo magis impeditur, reddere innocentem.

Si vero non in toto, tribus tamen modis potest a tanto (7) legitime excusari. Primo, quia longa carcerum afflictione detenta, importuna et continua examinacionum protractione vexata, capciosa interrogacionum circumvolucione temptata, ymo et gravi instante qua tunc laborabat egritudine macerata, nemini quidem debet mirum esse, si forsitan in verbo quandoque devia-verit (8), cum scriptum sit, (*Jacobi* tercio): « In multis offendimus omnes; si quis in verbo

gis abundat ministerium justitiae in gloria ». Le ministère sacré de l'Ancien Testament est désigné sous le nom de *ministratio damnationis*, parce que l'apôtre considère ici la loi de Moïse comme une occasion de mort spirituelle: littera occidit. — Cf. S. Thomas: Commentaires sur les Épîtres de S. Paul (*in 2<sup>am</sup> ad Cor.* lect. II). *Opera omnia*... tom. xviii, p. 284 col. 1.

(1) Cf. *Summarium*, art. vi.

(2) La phrase est fidèlement empruntée à S. Thomas (*Quaest. disp. De Veritate*, q. xii, art. 13 in corp.). *Opera omnia*... tom. xii, p. 736, col. 1.

(3) Ce sont les versets 8 et 9 du chapitre III d'*Ézéchiel*.

(4) *Eccl.* iv. 24. La Vulgate lit: ne confundaris. La variante: non, se trouve dans plusieurs Bibles incunables.

(5) Le canon « Ita ne » est le troisième de la question v, cause xxxii, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien; (p. 1997). Il y est parlé du soin avec lequel il faut garder la virginité: « quum pudicitia virtus sit animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quaelibet mala tolerare quam malo consentire decernat... »

(6) Le texte de l'*Ecclesiastique* (xlviij 13), parle d'Élie et d'Élisée, mais c'est du premier qu'il dit: In diebus suis... etc. Bréhal dit: de *Helya* aut *Helyseo*, parce qu'il cite de mémoire.

(7) Dans le langage de l'École, une excuse est complète, *in toto*, quand elle fait disparaître toute culpabilité. On dit au contraire que l'excuse est seulement *a tanto*, lorsqu'elle n'apporte que des circonstances atténuantes, qui diminuent la faute et l'empêchent d'être aussi grave qu'elle l'aurait été par elle-même.

(8) Au lieu du mot: *demanerit*, que M. Lanéry d'Arc a mis en italiques, et qui a l'inconvénient de n'être pas latin et de n'avoir aucune signification, nous adoptons la leçon: *devia-verit*, qui nous paraît reproduire exactement les lettres et le sens du manuscrit.

non offendit, hic perfectus est vir ». Quod, secundum *glosam*, etsi non sit impossibile, tamen est vix inevitabile (1). Unde, (*Ecclesiastici* xix<sup>o</sup>) : « Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua » ? Ideo consideranda est in Johanna sexus fragilitas, lingue prona lubricitas, ac questionum et interrogacionum sibi factarum varietas atque tediosa continuitas.

Secundo, excusari digne potest ex fraude ac deceptione sibi facta. Nam, ut patet ex informationibus factis Rothomagi, per fictas suasionem variaque promissa fuit circumvoluta ad abjurandum (2), de qua seductione inferius magis. Unde ad hoc proprie facit, quod hoc ipsum appellat, ut premissum est, grandem prodicionem. Ait namque sapiens, (*Ecclesiastici* xxxvij<sup>o</sup>) : « A zelantibus te, id est, invidentibus, absconde consilium ». Sequitur : « Omnis consiliarius », supple talis, « prodit » (3). Et in eodem passu quedam *glosa* bene ad propositum dicit : « Consiliarius malus est, qui contra anime salutem consulit. Ideo ille diligendus est qui sibi et aliis consulit id quod Deo placet ; alias inimicum est consilium ei quod est a Spiritu sancto infusum ». Propter quod, cum Johanna in isto fuerit fraudulenter contra inspirationes delusa, ut patet, quia in processu fatetur et asserit se numquam intellexisse aut intendisse quod sibi inspirata revocaret (4), ideo licite se excusat plangendo et conquerendo : unde et de hoc minime tenetur, quia is qui decipitur pro non volente accipitur. Nam dolosa persuasio plus est quam violenta coactio : (lege iij §. « Si quis », ff. *De libero homine exhibendo*) (5). Nec mirum, si decepta talibus suasionibus fuerit ; nam viro Dei et sancto prophete venienti de Juda in Bethel, ( ut legitur tercii *Regum* xij<sup>o</sup> ), multo mirabilius accidit, quia necdum completa, ymo neque quasi incepta, sua legacione, verbis pseudoprophete delusus fuit.

(1) La *glose* de Walafrid Strabon sur le verset 2 du chapitre III de l'*Épître catholique* de S. Jacques dit seulement : « Vult ostendere inevitabilem verbi offensionem, ut imperitos deterreat... ; imperiti non possunt in praedicando non offendere ». Migne : P. L. tom. cxiv, col. 675. — Le Vén. Bède dit de même : « Quotidiana est hujusmodi et inevitabilis offensio ». Migne : P. L. tom. xciii, col. 25.

(2) Dans la déposition de Guillaume Manchon à Rouen, le 12 mai 1456, il est dit que Nicolas Loyseleur conseillait à Jeanne de faire l'abjuration, en lui faisant des promesses : « Et si vos faciatis ea quae vobis dico, vos eritis salvata, et habebitis multum bonum et non habebitis malum, sed eritis tradita ecclesiae ». (Quich. tom. III, p. 146). — Guillaume de la Chambre dit aussi dans sa déposition que Guillaume Érard « eam induxit, eidem dicendo quod faceret quod sibi consulebatur, et quod ipsa esset a carceribus liberata ». (Quich. tom. III, p. 52).

(3) En citant le texte (*Ecll.* xxxvii. 7 et 8), Bréhal y a introduit quelques mots d'explication, à la manière des glossateurs. Quant à la *glose*, à laquelle il a emprunté les deux phrases suivantes, nous n'avons pu la découvrir, ni dans les Bibles incunables, ni dans les volumes de la Patrologie.

(4) Cf. *Summarium*, art. vi.

(5) La référence du manuscrit est exactement celle que nous reproduisons. Nous n'avons pu nous expliquer comment M. Lanéry d'Arc a pu lire : L. ix §. Si quis, *De liberis instituendis vel exheredandis* ; d'autant plus que cette loi ix ne contient aucune phrase qui soit applicable à un cas de déception. Au contraire, l'allégation de Bréhal trouve sa preuve au paragraphe « Si quis » dans la loi « Quod et lex », qui est la troisième du titre xxix : *De homine libero exhibendo* ( le greffier a interverti les deux premiers mots ), livre XLIII du *Digeste* ; (p. 1431).

Tercio, valde racionabiliter excusari potest ex metu mortis sibi incusso, qui utique in constantissimum virum cadere potuisset. Terror namque, (ut ait Julius Celsus libro iij<sup>o</sup>), hominibus consilium mentemque eripit (1) ; ideoque verba in hujusmodi trepidacione prolata non imputantur ; ( ut capitulo « Justum », xj. q. iij ; capitulo « Notificasti », xxxiiij. q. v ; capitulo « Presbyteros », l. dist. ; cum multis similibus ) (2). Sed de isto magis plene inferius videbitur.

Notandum tamen, pro hujus dicti et consimilium si qua sint ampliori excusacione, quod secundum Thomam, (2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> questione clxxij, art. ultimo) (3), in revelacione prophetica mens movetur a Spiritu sancto. Est autem mens humana instrumentum sed valde deficiens respectu Spiritus sancti qui est principale agens ; et ideo, cum aliquis per revelacionem movetur vel ad aliquid apprehendendum aut loquendum aut faciendum, frequenter contingit cum aliquo cognitionis defectu. Si ergo contingat aliquem cognoscere se moveri a Spiritu sancto ad aliquid estimandum vel significandum verbo aut facto, hoc proprie pertinet ad propheciam. Verbo quidem, ut patuit in David qui dixit, (secundi *Regum* xxij<sup>o</sup>) : « Spiritus Domini locutus est per me » ; intellexit enim quid per verba sibi revelata Spiritus sanctus intenderet. Facto vero, ut patuit in Jeremia, qui intellexit quid significaret dum abscondit lumbare in Euffratem ; (*Jeremie* xij<sup>o</sup>). Cum autem mens movetur, et non cognoscit quid per verba aut facta sibi significetur, non est perfecte propheciam, sed quidam instinctus propheticus quem interdum, ut ait Augustinus, (2<sup>o</sup> *super Genes. ad litteram*), « nescientes humane mentes patiuntur » (4).

Et iterum, magis est proprium propheciam cognicio quam operacio (5). Ideo infimus gra-

(1) Les ouvrages du jurisconsulte romain Julius (ou plutôt Juvencus) Celsus, qui vivait sous Trajan et Adrien, sont aujourd'hui perdus. Le *Digeste* en a conservé 142 fragments, parmi lesquels nous n'avons pas rencontré cette citation que Bréhal a dû emprunter à quelque recueil de jurisprudence.

(2) Le greffier a omis la première syllabe du mot *Injustum* ; ce canon est en effet le quatre-vingt-neuvième de la question III, cause XI, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien ; (p. 1195). Il ne s'agit donc pas, comme l'indique en note M. Lanéry d'Arc, du canon « Justum » de la cause XXIII, q. III, qui a pour objet la nécessité de réprimer par des peines sévères les contempteurs des lois divines, tandis que le canon « Injustum » affirme l'invalidité d'une sentence injuste et prononcée sous l'empire de la crainte.

Le canon « Notificasti » est le deuxième de la question V, cause XXXIII, dans la seconde partie du *Décret* de Gratien ; (p. 2233). Il déclare nulle une permission extorquée par la violence.

Le canon « Presbyteros » est le trente-deuxième de la cinquantième distinction, dans la 1<sup>re</sup> partie du *Décret* de Gratien ; (p. 315). Diverses solutions y sont données sur des cas de violence.

(3) Référence absolument fautive. La doctrine exposée ici se trouve dans l'article 4<sup>e</sup> de la question CLXXIII. (*Opera omnia*... tom. XXI, p. 307, col. 1.) C'est la pensée et souvent même le langage du saint docteur.

(4) C'est l'expression même de S. Augustin (lib. 2. *de Gen. ad litt.* c. xvii, n. 37) : « Instinctu quodam occultissimo... quem nescientes humanae mentes patiuntur ». Migne : P. L. tom. XXXIV col. 278. — S. Thomas allègue à plusieurs reprises cette assertion de l'évêque d'Hippone. Voir entre autres : 2. 2. q. CLXXI. art. 5 in corp. — *Opera omnia*... tom. XXI, p. 302, col. 2.

(5) Les deux premières phrases de ce paragraphe, y compris l'exemple de Samson (*Judic.* xv, 14), sont empruntées à S. Thomas : 2. 2. q. CLXXIV. art. 3 in corp. — *Opera omnia*... tom. XX, p. 308, col. 2.

« dus propheticus est cum aliquis ex interiori instinctu movetur ad aliqua exterius facienda, sicut Sampson, de quo dicitur (*Judicum* xv°), quod « irruit Spiritus Domini in eum, et sicut solent in ardorem ignis ligna consumi, ita et vincula quibus ligatus erat dissipata (1) sunt et soluta ». Cum ergo Johanna solum perhibuerit se missam fuisse ad operandum pro instauratione ac sublevatione regni, non est mirandum si aliquod tale verbum ut premittitur, instante presertim passione timoris, vel alias, protulerit. Non enim ad predicandum aut docendum secreta aut publice se immiscuit, ad aliquid tale se transmissam fuisse jactavit (2); ideoque periculosi erroris nichil inesse plane credendum est, aut juste estimari debuit vel potuit.

## OCTAVUM CAPITULUM.

*Quod iudicio militantis ecclesie de dictis et factis suis se submittere, ut videtur, recusavit* (3).

Circa hanc submissionem majora et difficiliora interrogatoria Johanne facta potissimum versari apparent; et hac maxima tendicula ducentes processum eam illaqueare astuta et lingua venacione student, pretendentes in eo, si illa recusaret aut differret se submittere, statim convinceretur in fide errare, et de auctoritate ecclesie catholice male sentire. Unde, ut appareat, non obstante questionis hujus seu interrogatorii non solum difficultate sed et capciositate, quod in isto passu Johanna pie et catholice respondendo se habuerit, ostendendum est in quibus fideles, presertim inferiores et simplices, tenentur de necessitate.

(1) Lan. : dispersata.

(2) Il nous semble que le greffier a omis un mot, et qu'il faut lire : neque ad aliquid tale se transmissam fuisse jactavit.

(3) Le sujet traité dans ce chapitre est particulièrement délicat et difficile à saisir par les lecteurs qui ne sont pas théologiens de profession. Il importe donc de remarquer que l'auteur de la *Recollectio* ne prétend point donner ici l'exposé complet de la doctrine catholique en matière de révélations privées. Il est l'écho fidèle des discussions qui ont eu lieu de vive voix entre les consultants et les commissaires apostoliques du procès de réhabilitation; il recueille et groupe les doctrines qui ont été émises dans les consultations signées par les plus célèbres théologiens et canonistes de l'Université de Paris, et dans le mémoire que le jurisconsulte romain Pontanus composa en sa qualité d'avocat consistorial pour obtenir du pape la révision de la cause de Jeanne d'Arc. Rapporteur judiciaire, il se place à un point de vue spécial et restreint. Il n'avait plus à s'occuper de la question du discernement des esprits et du droit de contrôle que l'Église peut certainement revendiquer, et que l'inquisiteur lui-même venait d'exercer dans cette cause comme délégué du Saint-Siège. Il n'avait pas davantage à rappeler le devoir de prudente soumission qui incombe aux fidèles, lorsque l'autorité compétente se prononce contre l'accomplissement d'un acte ordonné par une révélation privée. Dans l'espèce, il s'agissait de faits non dogmatiques, d'ordre purement humain, au sujet desquels l'illusion n'était pas possible, étant donnée la certitude infuse confirmée par les prophéties réalisées; et la question qui se posait au juge était celle-ci : en pareil cas, le fidèle est-il tenu, — et cela *sous peine d'être hérétique et d'être condamné comme tel*, — de se soumettre au jugement doctrinal par lequel on voudrait l'obliger à donner son assentiment contre sa conscience? La réponse de Bréhal se renferme dans ces limites étroites. On s'écarterait de la vérité en prêtant à ses expressions et à ses raisonnements un sens absolu et universel qui n'était pas dans sa pensée. Cette remarque suffira, nous l'espérons, à empêcher toute interprétation fautive et toute application à des cas dissemblables.

« Sciendum ergo quod in hiis que fidei sunt maxime tenentur fideles se submittere ecclesie, ordine tamen quodam : sic videlicet quod inferiores per majores et superiores debent circa ea instrui et regulari. Cujus ratio est : nam (1) explicacio credendorum fit per revelacionem divinam, quoniam credibilia ipsam naturalem racionem excedunt. [f° clxxxvij r°]. Revelacio autem divina ordine quodam ad inferiores pervenit per superiores, (ut patet per Dionisium, vij° capitulo *celestis Hierarchie*) (2); et ideo, pari racione, explicacio fidei oportet quod veniat ad inferiores per majores. Unde, sicut superiores angeli qui inferiores illuminant habent plenioram noticiam de rebus divinis, ut idem Dionisius dicit, (xij° capitulo *celestis Hierarchie*) (3), ita eciam superiores homines ad quos pertinet alios erudire tenentur plenioram noticiam de credendis habere et magis explicite credere : ita quod, secundum Innocencium, (capitulo *De summa Trinitate*) (4), est quedam mensura fidei ad quam quilibet tenetur et que sufficit simplicibus ad salutem, et forte omnibus laycis : ut scilicet, quia oportet quemlibet discernentem et maxime adultum accedentem ad fidem credere quod Deus est, quod est punitionum in anmlrum, et remunerator omnium honorum, quod est redemptor noster, et illa maxime, de quibus ecclesia precipuum festum facit (5). Alios autem articulos sufficit quod credant simpliciter et implicite, id est, quod credant verum esse quicquid credit ecclesia catholica; et hec fides implicita sufficit ad salutem. Vmo, (ut Innocencius *ibidem*) (6), si aliquis talis, naturali racione motus, dicat quod pater est major filio vel prior, aut quod tres persone sunt tres res distincte ad se invicem, vel aliud simile, dummodo sic credat quia credit ecclesiam sic credere, et suam opinionem fidei ecclesie supponat, nec suum defendat errorem, sed paratus est

(1) Ici commence une citation presque littérale de S. Thomas (2. 2. q. 11, art. 6 in corp. — *Opera omnia*... tom. XXI, p. 7, col. 2. Le texte se continue jusqu'à la doctrine d'Innocent IV, que Bréhal ajoute en complément à l'explication de S. Thomas.

(2) Cette doctrine est exposée par S. Denys au §. 3 du chapitre VII : *De celesti hierarchia*. — Migne : P. Gr. tom. III, col. 226.

(3) S. Denys l'enseigne au second paragraphe du chapitre XII : *De celesti hierarchia*. — Migne : P. Gr. tom. III, col. 298.

(4) Tout le reste de la phrase est une allégation presque littérale du commentaire d'Innocent IV sur le chapitre « Firmiter », qui est le premier du premier titre *De summa Trinitate*, au livre premier des *Décretales* ; (f° 1, col. 3).

(5) La foi explicite est l'acte par lequel l'intelligence donne son assentiment à telle ou telle vérité déterminée qu'elle connaît avoir été révélée par Dieu, vérité suprême et infaillible. La foi implicite est plus générale : elle procède du même motif, mais elle embrasse la collection entière des vérités révélées sans entrer dans le détail; elle croit simplement à la vérité de tout ce que l'Église catholique fait profession de croire. Les simples fidèles, parvenus à l'âge de discrétion, doivent, comme un moyen nécessaire d'obtenir le salut éternel, avoir la foi explicite des articles principaux que Bréhal énumère ici d'après Innocent IV. Quant aux autres articles, la foi implicite est rigoureusement suffisante. Il y a plus : la qualification d'hérétique ne saurait être attribuée à celui qui croit implicitement tout ce que l'Église catholique fait profession de croire; car, alors même qu'il admettrait une fausseté, pourvu qu'il soit persuadé que telle est la foi de l'Église et qu'il ne cherche pas à défendre son erreur contre la doctrine véritable, il est disposé à soumettre son jugement; et par conséquent, dans cette hypothèse, sa foi est celle de l'Église elle-même.

(6) Lan. : ut idem Innocentius [dicit]. — La citation est à peu près textuelle : elle est empruntée au même endroit du *Commentaire* d'Innocent IV sur les *Décretales* ; (f° 1, col. 4).